MASTER NEGATIVE NO. 92-81149-23

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

AUTHOR:

RUSCH, ADOLF

TITLE:

DE SERAPIDE ET ISIDE...

PLACE:

BERLIN

DATE:

1906

Master Negative #

92-81149-23

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB   NYCG92-B43715        Acquisitions      NYCG-NEH
FIN ID NYBA90-B9621 - Record 1 of 1 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG92-B43715          RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:u    AD:12-01-92
  CC:9924  BLT:am     DCF:i   CSC:d   MOD:    SNR:      ATC:       UD:12-01-92
  CP:ge     L:lat     INT:    GPC:    BIO:    FIC:0     CON:
  PC:s      PD:1906/          REP:    CPI:0   FSI:0     ILC:       II:0
  MMD:      OR:    POL:    DM:     RR:        COL:      EML:       GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  043      f-ua---‡ae-gr---
  100 1    Rusch, Adolf,‡d1883- .
  245 10   De Serapide et Iside in Graecia cultus‡h[microform].
  260      Berlin :‡bH.S. Hermann,‡c1906.
  300      86 p. ;‡c23 cm.
  500      Inaug.-diss.--Berlin.
  LDG      RLIN
  QD       12-01-92
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 3-4-93 INITIALS m.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

De Serapide et Iside in Graecia cultis.

Dissertatio inauguralis

quam

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis

in

litterarum universitate

Friderica-Guilelma Berolinensi

ad summos in philosophia honores impetrandos

scripsit

Adolfus Rusch

Berolinensis.

Promotio solemnis habebitur die XXII. mensis Decembris anni 1906.

De dissertatione judicarunt:

U. de Wilamowitz-Moellendorff

A. Erman.

Typis expressit H. S. Hermann, Berolini, Beuthstrasse 8.

Parentibus optimis.

Hac in dissertatione cum cultum Isidis ipsum illustrare studerem, semper mihi ab inscriptionibus et monumentis proficiscendum erat, non a narrationibus, quas scriptores de eo tradiderunt. Porro quia viam ac rationem qua exempli causa Lafaye, *histoire du culte des divinités d'Alexandrie*, usus locis et temporibus non distinctis communem cultum tractat, rectam non puto, cultum singulorum locorum persequor. ceterum ad imperatorum Romanorum tempora raro descendi, cum horum temporum cultus accurate explicari non possit nisi etiam cultu Romano respecto; itaque praesertim in Asia Graeca haec tempora neglexi; accedit quod materiam horum temporum Drexler in Wien. Num. Zeitschrift XXI collegit, quamquam non pertractavit.

Materiam qua usus sum ipse collegi sed ex accuratissima Drexleri collectione (in Roscheri lexico mythol.) supplevi.

I. Athenae.

Inter ea documenta quae ad Isim Athenis cultam spectant titulus II 168[1]) Piraei inventus primum[2]) locum obtinet, cum ante Alexandriam conditam anno 333/2 scriptus sit. Permittitur Citiensibus, ut templi Veneris suae condendi causa fundum emant: *δοῦναι τοῖς ἐμπόροις τῶν Κιτιέων ἔνκτησιν χωρίου ἐν ᾧ ἱδρύσονται τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης καθάπερ καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν ἵδρυνται* i. e. eodem modo quo Aegyptii fundum Isidis templi condendi causa emerunt. De tempore quo Isidis templum conditum sit hac ex inscriptione nihil colligitur, neque Koehlero (Herm. V 351) assentiendum est, qui Lycurgum oratorem celeberrimum, qui hanc legem rogaret, nepotem eius Lycurgi esse vult, qui a comicis quasi Aegyptius illuditur, videri igitur studium religionis Aegyptiae Butadarum familiae

1) Tituli Inscriptionum Graec. (I G) solis numeris citantur.

2) Neque enim ad cultum res spectant in sepulcro inventae, quod Scias in Eph. arch. 1898, 38 (tab. 6) nomine non ita idoneo *τάφος τῆς Ἴσιδος* dato descripsit, (quod in loco sepulcrorum ante Dipylum sito effossum est). In eo enim praeter magnum numerum vasorum geometricorum scarabaeos complures repperit et *μικρὸν ἀγαλμάτιον Ἴσιδος ἐξ Αἰγυπτιακῆς πορσελάνης*, quas res ad Isim ibi cultam spectare dicit. Eodem modo vas ibi inventum situlam interpretatur, quam sacerdotes Isidis portare solent (p. 109, fig. 29). Sed vas illud a situla plane differt (Poulsen, Dipylongräb. 29); scarabaei ubique inveniuntur; figura denique num sit revera Isidis dubium est. Quae res a mercatoribus eo allatae sunt: fortasse autem advena Aegyptius ibi sepultus erat.

quasi hereditarium fuisse. Contra non Lycurgus exemplo Isidis utitur sed plebs, cum easdem condiciones Citiensibus imponat, quas olim Aegyptiis imposuerat, eas non in lapide perscribit sed ad priorem illum lapidem remittit.

Commercium iam diu ante Alexandriam conditam Atheniensibus cum Aegyptiis multum fuisse constat. Ita fieri potuit, ut Piraei complures Aegyptii consisterent. Quibus cultus sui in proprio templo exercendi facultas data est; cultus enim, cum templo opus fit, iam diu exercetur. Ceterum non dictum est Atheniensibus licuisse haec templa adire; neque omnino res ad cives attinet. Aegyptii ipsi forma thiasi cultum exercuisse videntur, qua forma di peregrini privatim colebantur. Plane autem fictum est, quod Lafaye, p. 31 dicit: *combien de fois, pendant tout ce temps, la route qui unissait Athènes à son port avait-elle vu passer des femmes avides à retremper leur âme dans les pieuses émotions des mystères.* Qua ex re colligit Lafaye hunc Isidis cultum mysteria fuisse? Quare praesertim his temporibus Isis non ut alia quaevis dea culta est?[3])

Quem ad cultum, quamquam privatus erat, referendum est nomen *Διόδωρος Ἰσιγένους Ῥαμνούσιος*, quod in II 944 anno circiter 325 a. Chr. n. in numero diaetetarum invenimus (lapis periit, sed III 1128, qui anno 155/6 ephebum *Διοδωρ. Ἰσιγεν. Ῥαμν.* praebet, nobis permittit, ut etiam nomen prioris lapidis certum iudicemus) atque quoniam diaetetae sexaginta annos agere debebant, pater nomen ante 400 accepit; quod valde me mirari confiteor neque aliter explicare possum nisi in ea familia Isidis cultum viguisse.

Publice autem, quod scimus, demum post Alexandriam conditam Serapis et Isis coluntur. De Serapide Athenas introducto dicit Pausanias I 18,4, postquam de prytaneo

3) Valde ab Isidis cultu differt Bendidis, quae iam V. s. publice magna in pompa celebrabatur (Plat. repl. I 327 sq. 354 D).

scripsit: *ἐντεῦθεν ἰοῦσι ἐς τὸ κάτω τῆς πόλεως Σαράπιδός ἐστι ἱερὸν ὃν Ἀθηναῖοι παρὰ Πτολεμαίου θεὸν εἰσηγήσαντο· Αἰγυπτίοις δὲ ἱερὰ Σαράπιδος ἐπιφανέστατον μέν ἐστι Ἀλεξανδρεῦσιν, ἀρχαιότατον δὲ ἐν Μέμφει* etc. Neque vero hoc documentum historicum putandum est neque conari licet de tempore cultus introducti ex ea narratione quicquam certi colligere. Nam ex eo, quod addit *Αἰγυπτίοις* etc., videmus narrationem tradi, quae tum omnino pervulgata erat, quam optime ex Plutarcho cognoscimus: de Is. et Os. 361 E, qua narratur Ptolemaeum primum Serapidis statuam Sinopa Alexandriam arcessivisse (cf. Tac. hist. IV 83 sqq.). Neque vero hic locus est de ea re agere; ut igitur omnes de illo deo prolatas sententias omittamus, hoc unum certum videmus Ptolemaeum primum Serapidis cultum instituisse, ut Graeci et Aegyptii deum haberent quem communes venerari possent.

Quo tempore hic cultus Athenas venerit, accurate dicere non possumus; itaque tempus quo iam Athenis fuit statuimus ex nominibus a Serapide ductis. Affero ea nomina quae in Kirchneri Prosopogr. inveni: II 4, 513 c. 9 . . . *ἐπαινέσαι τὸν ἱερέα* [*τ* . . . .]*ν* (?) *Σαραπίωνος ΓΛ* . . . . quae inscriptio a Kumanude priori parti saec. III tribuitur. Quod quamquam certum non est, tamen patrem huius sacerdotis in priore huius saeculi parte nomen accepisse dicamus. In idem saec. ducimur magistratu num. anni 176/5 *Σαραπίων* (Beulé, les monn. d'Ath. 206).

Temporibus Ptolemaei primi Diodorus etiam Isidis cultum fuisse testatur: I 29, 4: *τήν τε Ἶσιν μόνους* (sc. *τοὺς Ἀθηναίους*) *ὀμνύειν*. Quem locum sicut plurimos primi libri ex Hecataeo sumptum esse E. Schwartz (Pauly-Wiss. 670 sq.) demonstravit, qui aetate huius Ptolemaei scripsit.

Locum ubi Serapieum conditum erat certo non novimus. Prytaneum in ascensu septentrionali arcis prope turrim Andronici et forum situm fuisse viri docti con-

sentiunt.[4]) in septentriones eunti Serapeum apparuit; cui regioni magnus numerus inscriptionum ad Serapidis Isidisque cultum spectantium attribuendus est: II 1612, in sacello in clivo septentr. arcis inventa; III 203. prope turrim Andronici; III 896, in domo privata sive in ecclesia prope stoam Hadriani sita; III 923. in fundamento novae Ecclesiae Metropolidis. Quibus inscriptionibus locus, quem Paus. praebet, confirmatur atque fortasse recte Bursian (Geogr. v. Griech. I 295 Anm. 3) dixit loco vel prope locum Metropolidis Serapeum fuisse, cum in parva prope eam sita ecclesia Panagiae Gorgopiko multae reliquiae monumentorum extarent, quae in Serapidis templo fuisse verisimile esset; neque vero quicquam confidenter confirmare audeo, priusquam haec monumenta Serapidi recte attribui ipse viderim.

Quod ad templum fortasse referendus est titulus Eph. arch. 1884, 170 v. 56, quem primo a. Chr. n. saec. incisum esse Keilius (Herm. XXV 317) demonstravit. In duas dividitur partes: 1—29: sacra enumerata venire vetantur, 30—59: *ἡ ἀναγραφὴ δηλαδὴ τῶν ἀποκατασταθέντων ἱερῶν καὶ τεμένων*. Quorum refectorum templorum in numero etiam Serapidis affertur:

56. quarta pars deest] *πάσας καὶ παραδ*[*ρο*]*μίδας· τάφρους πάσας τὰς κύκλῳ τί*[*χου?*]. *Σαρα*[*π*-
57. idem deest] *ς ἀφώρισεν ἐν ἄστει. ἀκρόδρυα ζευγῶν* [idem deest
58. idem deest. *Ἡ*] *βης* etc. Sed quod inscriptio tam mutila est, ne hoc quidem dicere possumus, utrum verba -]*ς ἀφώρισεν* Serapeo attribuenda sint necne.

Longius a Metropolide abest locus, in quo III 204 inventus est: prope Theseum. Sed huc optime a pristino loco transportatus esse potest.[5])

---

[4]) Hitzig-Blüm. Paus. I 1 p. 211. Judeich, Topogr. 278.

[5]) Neque enim Serapidis templo recte attribuitur porticus gigan-

Praeter hoc templum etiam in clivo meridionali ad Asclepieum (fortasse posterioribus demum temporibus) Isidis templum fuit; sed de eo postea.

Priore igitur terti saec. parte cultus Serapidis publicus Athenas introductus est templumque prope prytaneum situm aedificatum (vel si iam antea Isidis fuit Serapis in id receptus est). Sed iuxta cultum publicum societas privata Serapim venerabatur: II 617; qui titulus num in Attica inventus esset, diu ambigebatur. Sed nunc archon Hagnias, qui in illo nominatur, etiam ex II 372 notus est. Inscriptio annis fortasse duobus post illum archontem (260—230) posita est. Videmus societatem maxime florere: sine causa Foucart (les assoc. rel. 102) et Lafaye, 34 quaesiverunt, qua de causa, cum Athenis iam publicus Serapidis cultus esset, iuxta eum thiasus esset; quod saepenumero factum esse hodie constat; exempla Rhodiaca infra proponentur. In eo decreto Serapiastarum primus laudatur *ταμίας*, quaestor, qui arcam collegii administrabat, deinde *γραμματεύς*, scriba, tertius *ἐ[πιμελητής]*, quem colligimus, cum alius non sit, praesidis munere functum esse. Omnes vero hi magistratus multantur, cum contra leges a collegio datas deliquerint. Praeter quos laudatur *ἡ προερανίστρια*, propterea quia sacra suis temporibus fecerit nimirum pro collegio. Sacerdotis igitur publici munere fungebatur. Nomen autem ita videtur esse accipiendum, ut princeps sit *τῶν ἐρανιστριῶν* i. e. mulierum quae stipem sacram pendunt. Quamquam potest etiam ita accipi ut stipem colligant *ἐρανίστριαι*. Locum ubi honorantur Hicks *Σαραιπίδιον* dicit ex v. 1: . . .]*αιπιδίῳ* (Foucart peius *ἱερῷ*), quod etiam in v. 25 supplet; quod falsum est. Neque enim *Σαραιπίδιον*

gantium prope Theseum sita a Mordtmann, Rev. arch. 1879, 1 p. 258. Allatis enim simulacris duobus Cyzici inventis, quae Isim et Serapim corpore anguium praeditos fingunt, quales hi di saepissime finguntur, putat ille haec quoque Athenis inventa monumenta Isidis cultui esse attribuenda. Quod falsum esse omnes consentiunt.

pro Serapeo dici potest. Praeterea, quod ego quidem sciam, in v. 12 non templum sed dies festus expectatur. Fortasse igitur locus corruptus est. Contra in v. 25 optime *Σαραπιεῖον* suppleri potest.

Tres igitur institutiones ad Isidis Serapidisque cultum pertinent: vetus societas Aegyptiorum Piraei, quae Isim colit; cultus publicus Athenis; societas Serapiastarum. Posterioribus autem temporibus documenta non nisi publicum cultum testantia extare videntur, e quibus pauca temporibus a. Chr. n. attribuuntur: II 1612, titulus in radice septentrionali arcis repertus tertii saec. *[Σ]αράπιδι Ἴσιδ[ι . . . . . ἀνέθηκε] ἐπὶ ἱε[ρ]έως Στησικράτου τοῦ Σ. . . . ζακορεύοντος Η[. . .* videmus cultui praeesse sacerdotem per annum munere fungentem; mos tempora inscriptionum nomine sacerdotis eponymi designandi notus est. Praeter sacerdotem *ζακόρος* affertur, qui rebus templi praepositus est; cuius magistratum inferiorem esse ex eo videmus, quod Athenis (III 203) et saepius Deli peregrinus est. Titulus Serapidi et Isidi dedicatus demonstrat cultum horum numinum in templo, quod diximus Serapidis, coniunctum fuisse.

Initio primi saec. duo nummi attribuuntur: B. V. Head, hist. num. p. 323; in altero nomina *Δημέας Καλλικρατίδης* portanti Isis stans ficta est, in altero *Δημέας Ἑρμοκλῆς* capitis ornatus Isiacus; cuius imaginem videmus B C H VIII 9: est corona quam Aegyptii *atef* nominabant. Supra orbem se efferunt duae pennae, cornua sub orbe in utrumque latus eminent. Quem ornatum in nummis videmus Patris (Catal. of Gr. coins, Pelop. 23, 14 sq.) Halicarnassi (Caria 109, 73) Myndi (Caria 134) Bybli (Journ. int. d'arch. num. IV 45; 48) multisque aliis locis.[6]

[6]) Qui omnes nummi a. Chr. n. signati sunt, quod ego sciam, excepto nummo Neronis (M. Suppl. IX 249, 152), qui aut Pessinunte aut Perinthi signatus est. Neque vero video, num res eadem sit.

Eiusdem saeculi basis est, in qua tres arae coniunctae sunt, II 1671, quarum in una *Ἑρμοῦ Ἀφροδείτης Πανός,* in altera *Νυμφῶν,* in tertia *Ἴσιδος* inscriptum est. De quibus Koehler (Mitteil. Athen II 246) dicit in templo Veneris fuisse statuas numinum inter se cognatorum Mercurii et Fauni et fortasse in circuitu fani fuisse sacrum nymphorum et posterioribus temporibus Isidis. Sed quamquam revera in clivo meridionali arcis sacellum Isidis fuit (cui temporibus Romanis etiam ara Serapidis addita fuit III add. 145a, praeter quam ibi etiam inscriptiones inventae sunt, de quibus postea agendum est), tamen sola ex locorum confinitate has aras explicandas esse nego. Nam si Athenienses eas coniunxerunt, sacra quoque communia erant. Neque vero Widio (de sacr. Troez.) assentior, qui putat sacra Fauni Veneris Isidis coniuncta Troezene Athenas apportata esse. Nam omissis quae de Veneris templis ad radicem meridionalem arcis sitis dicenda essent moneo in inscriptione cum iuxta haec tria numina duo alia nominari tum artiorem esse coniunctionem inter Venerem Mercurium Faunum.

Fortasse temporibus a. Chr. n. attribuenda est ara III 203 prope turrim Andronici inventa, quamquam de aetate nihil scimus: *Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ Κτησικλῆς Ἀπολλοδ[ώρου] Ἁλιμούσιος ἀνέθηκ[εν] ἐπὶ ἱερέως Σώσου το[ῦ] Χαρμίδου Αἰθαλίδου ζακορεύοντος Ζωπύρου Μιλησίο[υ].* In templo Serapidis igitur etiam Isidis Iustitiae statua colebatur. Quod cognomen etiam Deli invenimus; Isim iustitiae praeesse ex hymno Isiaco Andri invento videmus: XII 5, 739 v. 36: *ἅδε δικασπολίᾳ ῥώμαν πόρεν*; cf. hymnum Ii inventum v. 20: *ἐγὼ τὸ δίκαιον ἰσχυρὸν ἐποίησα* et Diod. I 14, 3: *θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν καθ' οὓς ἀλλήλοις διδόναι τὸ δίκαιον.* Etiam in Aegypto eam cultam esse demonstrat Plut. de Is. et Os. 352 B: *τῶν ἐν Ἑρμουπόλει Μουσῶν τὴν προτέραν Ἶσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσιν*; Isis igitur cum *Mȝ‘.t* in illa urbe culta coniuncta est, quod etiam in litteris Aegyptiis saepius invenitur.

Temporum Romanorum complura monumenta ad Isidis Serapidisque cultum pertinentia nota sunt: 1. III 923 . . . *κανηφ[ορήσασαν] Σαράπιδος καὶ Εἴσιδος ἀνέθηκεν ἐπὶ Π[αμ]φίλου ἱερατεύοντος τοῦ Ἀντι[γέ]νους Μελι[τέ]ως.* Hic novo magistratui canephororum occurrimus quae in pompa solemni corbes ferebant. Etiam Athenis igitur pompa Serapidi et Isidi acta est. 2. III add. 145a, ara ad Asclepieum inventa, quam iam praedicavi: *Γάις τῷ κυρίῳ Σεράπιδι εὐξάμενος ἀνέθηκα* (cognomen *κύριος* praesertim in Aegypto et temporibus imperatorum usitatum est).

3. III 77: *Μεταγειτνιῶνος θεαῖς Β . . . τὸν τῆς παντελείας πόπανον [δωδεκόν]φαλον χοινικιαῖον ιέ νηφάλιον· Βοηδρομιῶνος γί Νέφθυι καὶ Ὀσίριδ[ι] ἀλεκτρυόνα καρπώσεις, σπείρων πυρ[οὺς] καὶ κριθάς, σπένδων μελίκρατον· ζί Δήμητρι* etc. De tempore huius inscriptionis recte Boeckh notat eam ante 111 p. Chr. n. insculptam esse, a quo tempore annus a Boedromione incipiat (ad C I G 523 et Hirschfeld, Herm. VII 57); saec. primo eam attribuit Prott-Ziehen, leg. sacr. 8. recensentur sacra dis certis facienda, in quibus Nephthyi et Osiridi. Valde mirum est haec nomina ibi esse, cum pro Osiride ceteroquin semper Serapis positus sit. Certe Osiris non totus disparuit in Graecia; nam scriptores historici, mythologi, postea ecclesiastici multa de eo praebent, neque vero aliud nisi fabulas antiquas. Sed etiam in inscriptionibus in Graecia inventis eum videmus: Pergami: Ditt. I G 754, qui titulus aperte demonstrat, quomodo Osiris cum ceteris dis Aegyptiis coniungatur . . . . *ἱεραφόροι καθιέρωσαν τοὺς θεοὺς οὓς ἡ θεὸς* (i. e. Isis) *ἐκέλευσε Σάραπιν Εἶσιν Ἄνουβιν Ἁρφοκράτην Ὄσειριν Ἆπιν* etc. Obliti igitur Osirim et Serapim eosdem esse Osirim in numero deorum *συννάων* colunt veluti reliqua numina Anubim Harpocratem Apim. Ex eo autem quod etiam Apis colitur, videmus cultum iam propius ad ritus Aegyptios accessisse. Similiter rem se habere puto in duobus titulis Deliacis (B C H VI 341 et 502) ubi apparet eum multo inferiorem locum obtinuisse, cum inter

centum viginti fere inscriptiones duas solas Osiridis inveniamus (aliter res se habet in inscriptione in insula Co inventa, in qua *σύνοδος Ὀσειριαστῶν* memoratur: Coll. Becht. 3647) similem, atque antea ostendi, modum Athenis videmus, praesertim cum etiam Nephthym inveniamus, sororem Osiridis, quam una cum Iside fratrem tutatam esse ubique in litteris Aegyptiacis legimus. Itaque puto Athenis cultum deorum Aegyptiorum ipsum vel appendicem eius propius ad cultum in Aegypto usitatum accessisse atque iam id effectum esse, quod falso nomine mysteria Isidis nominamus, melius ludos de morte Osiridis agentes appellabimus.

Praebentur illis duobus dis gallus triticum hordeum mulsum; de constructione Stengel, Herm. XXVII 161 diligentius egit, postquam demonstravit, quomodo verbum *καρποῖσθαι* adhibeatur, et vertit: *der Nephthys und dem Osiris sollst du einen Hahn ganz verbrennen, [dabei] Weizen und Gerste [auf den Altar] streuend [und] Melikraton spendend.* (Quod rectum esse videmus etiam ex titulo insulae Cos: Paton and Hicks p. 81 n. 37 v. 33: *τοὶ δὲ [ἱερεῖς? κ]αρπῶντι τὸμ μὲγ χοῖ[ρον] καὶ τὰ σπλάγχνα ἐπὶ τοῦ βωμοῦ ἐπι[σπένδ]οντες μελίκρατον.*) Ex sacris *μελίκρατον* et gallus in inferiis sacrificabantur. Verisimile est has inferias die aliquo festo datas esse; convenit is, quo Osiris necatus defletur; quamquam non declaratur, cur Nephthyi quoque haec sacra fiant. Atque omnino valde memorabile est, quod hoc solum est monumentum quo extra Aegyptum Nephthys colatur. Osiris necatus est secundum Plutarchum (356 C) mensis Athyr die septimo decimo. Qui dies utrum anni prioris mobilis an firmi Alexandrini fuerit, diiudicare non possumus; sed si statuimus, quod mihi quidem verisimilius videtur, Plutarchum vel fontem eius diem anni mobilis dixisse, hunc diem cum tertio decimo Boedromionis comparare possumus, cum verisimile sit diem festum, cum in Graeciam introductus est, eodem die actum esse quo tum in Aegypto; eo igitur anno, quo 17. Athyr et 13. Boedr.

idem dies est, hic dies festus primum Athenis celebratus est, i. e. annus p. Chr. n. 63 (24. Oct.) sec. tabulam Ungeri. Iwan Müller I 764 sq. sed cum tabula non ita exacta sit, ut diem certum dicere possimus, huic ipsi anno confidere non licet; nam annis 52 p. Chr. n. 17. Athyr est 26. Oct. et 13. Boedr. 25. Oct., 77: 20. Oct. et 19. Oct., 88: 17. Oct. et 18. Oct. Dico igitur his fere temporibus diem festum Athenas introductum esse.[7])

Secundo p. Chr. n. saeculo exeunti attribuitur III 140: *ἱερεὺς στολιστὴς Ἴσιδος καὶ Σεράπιδος Αὐρ. Ἐπαφρόδιτος τῷ Οὐρανίῳ Μηνὶ εὐχα[ρ]ι[σ]τήριον ἀνέθηκα.* Qui titulus, quamquam non ad Isidis cultum spectat, tamen respiciendus est, quod novum sacerdotium praebet, quod dis Aegyptiis proprium est, cf. C I G 4697, 6 (tabulam Rosettanam): *οἱ ἀρχιερεῖς καὶ προφῆται καὶ οἱ εἰς τὸ ἄδυτον πορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν* . . . et Plut. 352 B et Clem. Alex. Strom 6, 758. *στολισταὶ* ii sunt, qui deorum statuas vestiunt. Statua igitur non e marmore vel metallis facta erat sed lignea erat, quae veste varia et ornatu ornabatur. Qualem statuam exempli causa Pompeis fuisse scimus.

Hoc loco classis inscriptionum tractanda est, cuius princeps est III 162, de qua diu dubitavi, num Isidi adscribenda esset: . . . . . *τὰ κιόνια καὶ τὸ ἀέτωμα καὶ τὰς κινκλίδας καὶ τὴν Ἀφροδείτην τῇ θεῷ ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκα ἐπισκευάσασα καὶ αὐτὴν καὶ τὰ περὶ αὐτήν, οὖσα καὶ λυχνάπτρια αὐτῆς καὶ ὀνειροκρίτις. στολίζοντος Αἰμιλίου Ἀττικοῦ Μελιτέως, ἱερατεύοντος ἰακχαγωγοῦ Διονυσίου Μαραθωνίου, ζακορεύοντος ἁγιαφόρου Εὐκάρπου.* Inventus est *in muro ecclesiae Panagiae Speliotissae prope Aslepieum sitae* (Boeckh). Inscriptio in initio mutila est; deest nomen eius, quae dedicat: nomen deae, cui dedicatur, antea positum fuisse certe in his enuntiatis

[7]) Eodem modo iam Mommsenus (C I L I p. 405) ostendit hunc diem festum Romam, ubi diebus 28—31. Oct. agebatur (sec. fastos Philocali: C I L I p. 354: 356) annis 36—39 introductum esse.

non potest. Eiusdem anni est III 163: *Εὔκαρπος Διονυ]σίου Φυλασίο[υ] κατ' ἐπίταγμ[α 'Α]σκλήπιον [τόν]δε καθείδρυσεν ὑπὲρ αὐτοῦ [καὶ] τοῦ ἱερέως [ἰακχα]γωγοῦ Διονυσ[ίου] Μαραθωνίο[υ, στο]λίζοντος [Αἰμιλί]ου Ἀττικοῦ [Μελιτέως]* tempus inscriptionum definitur quod Dionysius anno p. Chr. n. 127/8 aut 128/9 munere *κοσμητεύοντος* epheborum fungitur (III 735).

In cultu igitur deae alicuius extant magistratus: *λυχνάπτρια, ὀνειροκρίτις, στολίζων, ἱερεὺς* qui simul *ἰακχαγωγὸς* est, *ζακορεύων* qui simul *ἁγιαφόρος* est. Huic deae dedicantur statuae Veneris et Aesculapii. E quibus *ἰακχαγωγὸς* nos ad mysteria Eleusinia vocat. Erat autem epheborum (I 467; 471) *τὸν Ἴακχον προπέμπειν*; quo titulus spectare non potest; restat hunc titulum fuisse eius qui ipsam Iacchi statuam portat. Dea ignota autem Ceres esse non potest. Sequitur *ἰακχαγωγὸν* praeter hoc etiam altero munere fungi; nam modo semel quotannis Iacchum ducit, alterum sacerdotium annuum est. Itaque non opus est cultum Eleusinium cum ignotae illius deae cultu coniunctum esse. Omnes autem qui de ea re egerunt[8]) deam Isim esse dixerunt, quod rectum esse videbimus. Munus *στολίζοντος* minime ad deos Graecos quadrat sed ad deos Aegyptios. Etiam *ὀνειροκρίτις* in hoc cultu fuisse potest, cum somniorum interpretatio in cultu Serapidis usitata esset, quod praesertim, ubi de Deliacis titulis agemus, videbimus. Eodem spectat *κατ' ἐπίταγμα. λυχνάπτρια* ad festum diem pertinet, qui ad lucernarum lumina praesertim in Aegypto celebrabatur.[9]) Etiam alterum documentum huius diei festi Athenis extat: III 204 . . . *Ἴσιδι καὶ θεοῖς Αἰγυπτίοις τὰς δᾷδας* (?) *ἀνέθηκε*, si

[8]) Inter quos Boeckh ad C I G 481. Roß: mus. Rhen. XIX 257. Köhler, Mitteilg. II 256.

[9]) Cf. Mariette, Abydos II 54. 5 v. 19, stelam Ramessis III. transfero locum in linguam Latinam: o Osiris, accendi tibi lucernam illo die, quo corpus tuum sepelitur. Et praeter alios Heliod. *Αἰθ.* VII 8: *πομπὴ ὑπὸ λαμπάσιν ἡμμέναις ἐπὶ τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος κατήγετο.* Wilcken, Herm. XX 457 demonstravit illum festum diem in Aegypto etiam anno 215 p. Chr. n. actum esse. Hunc Graeci Prienae celebrabant.

Dittenb. recte coniecit; traditur enim *Α Α Α Α . . . . ἁγιαφόρος* in Isidis cultu notus est (cf. Apul. met. XI, X. et Fränkel, Inschr. v. Perg. 336), quamquam mirum est, quod munus custodis templi cum tali munere coniunctum est.

At nondum explicatum est, quod in III 162 simpliciter dicitur *τῇ θεῷ*. Attendit autem animum meum Wilamowitzius ad tale supplementum quale *ἡ δεῖνα κατ' ἐπιταγὴν Ἴσιδος*, quod mihi valde verisimile videtur, cum etiam alter titulus *κατ' ἐπίταγμα* dedicetur. Isidi igitur dedicantur statuae Veneris et Aesculapii. Venus cum Iside saepe coniuncta est; cum Aesculapio Isim et praesertim Serapim coniunctos etiam alibi invenimus: Aristides *ἱερ. λογ. γ'* 47 narrat in somnio Aesculapium et Serapim sibi apparuisse. Epidauri Serapis et Isis in fano Aesculapii coluntur (IV 1033 et 1041). C I L III 1973 Carlsburgi (Daciae) *numini Serapis . . . sacerdos dei Aesculapi pont.* C I L XII 2215 Gratianopoli (Galliae Narb.) *Aesculapii sacrum Caecus Isidis aedit.* Atque Athenis templum Isidis, cui etiam hic titulus attribuendus est, prope Serapieum fuit. Facile igitur Aesculapius effecit, ut etiam in Isidis cultu sacerdotes somnia interpretarentur. Prope hoc templum etiam Veneris situm erat.

Etiam aliam inscriptionem ad Isim referimus, quamquam nomen deae non extat, quod stolistam in ea invenimus III 699: *[κ]λ[ειδ]ο[υ]χ[ήσ]αντα* (?) *εὐσεβῶς ὁ πατὴρ . . . . καὶ ὁ ἀδελφὸς . . . ἐπὶ στολιστοῦ Μουσαίου, ἱερέως Προσδοκίμου νε(ωτέρου) ἄρχοντος Κορνηλιανο[ῦ].*

Secundo saeculo attribuuntur etiam III 896 et 905, quas Ditt. circa 150 p. Chr. n. insculptas esse dicit. 896 prope stoam Hadriani inventa est: *[Τιβέριος Κλαύδιος* (?) *. . .]μωνος [υἱὸς] Ἄτταλος Κλαυδίαν [. . . τὴν τῆς] θυγατρὸς* etc. *θυγα[τέ]ρα [εἰς Ἴσ]ιδος ἀνέθηκεν.* Avus igitur neptem ex filia natam Isidi dedicat. Eundem morem puellas Isidi dedicandi demonstrat 905. Fiebant igitur filiae sacerdotes Isidis, cuius cultus imprimis a mulieribus administrabatur. Athenis permultae statuae talium sacerdotum servantur; sed hoc loco

affero modo eas, quas certo scimus Athenis inventas esse (de reliquis cf. v. Sybel, Cat. d. Sculpt. zu Athen et v. Kekule, Bildwerke d. Theseion) sacerdotes duplici vestimento vestitae sunt, chitone manicato et amictu fimbriato, cuius nodi in pectore connectuntur; portant dextera elata sistrum, sinistra situlam. Novimus has sacerdotes: 1. *Ἀλεξάνδρα*[10] *Ἀλεξάνδρου Ὀῆθεν Κτήτου γύνη* (Sybel n. 447. Arch. Zeit. XXIX (1872), 17, 3) caput coronam et taeniam ferebat. 2. III 2199: iuxta feminam stat iuvenis imberbis: *Σοφία Ἀγαπίτου ἐκ Κεραμίδων* et *Εὔκαρπος Εὐπόρου Μειλήσιος*. 3. III 2723: *Εἰσιὰς Σιμωνίδου Μειλησία* (sec. fortasse p. Chr. n. saec.). 4. III 1340: loci incerti, tamen affero, quod nobis (sicut prima quoque) demonstrat fieri potuisse ut talis sacerdos viro nupta esset: *Στήλλην Παρθ(ε)νόπης ἴδιος γαμέτης ἐπόησεν | Δαΐνης ἀλόχ(ῳ) τοῦτο χαριζόμενος.* Praeter quas Athenis inventae sunt: v. Sybel 156, 1549; 157, 171; 256, 3535.

Extremum Isidis Athenis cultae documentum est sepulcrum sacerdotis: Roß, Arch. Aufs. I, 37 sq., in quo praeter alias res nummus Constantini secundi repertus est. Sepulcrum autem sacerdotis Isidis esse cognitum est ex rebus mortuo additis: 1. Sistro argenteo; 2. vase argenteo, cuius inferior alvus valde sinuatur, quod situla illa videtur esse; 3. pyxi argentea globulos ex olibano mastice myrrha compositos continenti.

Quamquam pro tanta urbe parvum numerum documentorum habemus tamen verisimile est cultum multo latius pervulgatum fuisse atque etiam in suburbia Atheniensia venisse. Quamquam monumentum, quod Isim repraesentat, Patissiae inventum (Rev. arch. 1883. 3e sér. 1, 247) Athenis tribuere possumus, tamen fortasse proprius cultus erat Acharnis, ubi anaglyphum inventum est, in quo Harpocrates depictus est (v. Sybel 267, 2713).

[10]) Qui titulus ab I G et Kirchnero omissus est, quod eo magis dolendum est, quod praeter hanc Alexandram nulla civis illius nominis nota est.

Diligentius autem de Eleusine disputandum est. Extant enim duo monumenta cultus deorum Aegyptiorum Eleusine inventa: II 1355, quod tertio a. Chr. n. saeculo attribuitur: *ἡ βουλὴ κανηφορήσασαν τῇ Ἴσιδι* et *ἡ βουλὴ ἀφ᾽ ἑστίας μυηθεῖσαν* et simillimum, quod fortasse in eodem lapide fuit et ad eandem feminam pertinet: *Ἐφημ. ἀρχ.* 1895, 102: *[ἐπὶ ἱε]ρείας Χαρίου τῆς Διονυσίου Μαραθωνίου θ[υγατρὸς]: ἡ βουλὴ ὁ δῆμος ἀφ᾽ ἑστίας μυηθεῖσαν* et idem: *κ(α)νηφο[ρ]ήσασαν Σαράπιδι.* Femina igitur a) erat *ἀφ᾽ ἑστίας μυηθεῖσα*, quod ad mysteria Eleusinia pertinet; atque constat hoc nobilissimum mystorum genus fuisse: Porph. de abst. IV 5 *ὅπερ γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὁ ἀφ᾽ ἑστίας λεγόμενος παῖς (ὃς) ἀντὶ πάντων ἀπομειλίσσεται τὸ θεῖον.* Bekk. anecd. I, 204: *ἀφ᾽ ἑστ. μυηθῆναι· ὁ ἐκ τῶν προκρίτων Ἀθηναίων κλήρῳ λαχὼν παῖς δημοσίᾳ μυηθείς.* Semper vel pueri vel puellae sunt. b) Calathum tulerat Isidi et Serapidi. Hic igitur videri possunt mysteria Eleusinia cum dis Aegyptiis coniuncta esse. Iam ab antiquis scriptoribus enim traditum est mysteria Eleusinia ex Aegypto allata esse atque Lafaye hac arta coniunctione factum esse dicit, ut cultus deorum Aegyptiorum tam late gliseeret. Sed ex omnibus hoc solum documentum ad cultum ipsum spectat; imo ne hoc quidem, modo diligentius id examinemus. Videmus enim canephoram Serapidis et Isidis nihil habere commune cum sacro Eleusiniae deae foco, in quo initiata erat eadem mulier, sed coniungi tantum sacra munera, quibus virgo laudata functa erat. Quod similes inscriptiones aperte demonstrant II 1388: *ἡ βουλὴ ο δῆμος μυηθεῖσαν ἀφ᾽ ἑστίας, κανηφορήσασαν τῷ Ἀπόλλωνι ... κανηφ. [Π]αν[αθ]ήναια.* III 916 munus illud coniunctum est cum canephorae Eleusiniis et Epidauriis. Hae puellae igitur *ἀφ᾽ ἑστίας μυηθεῖσαι* sunt etiam canephori deorum aliquorum aut diebus festis, qui cum mysteriis Eleusiniis aut coniungi possunt aut non. Coniunguntur igitur non nisi personae. Nam hae puellae ex optimis familiis natae erant (Bekk. an. I 204, Boeckh ad C I G 393 et III 915): eaedem

puellae in pompis calathos ferebant; munus canephori igitur non sacerdotale est. Pompam autem Isidis et Serapidis non Eleusine sed Athenis fuisse videmus, quod iam antea **κανηφορήσασαν Σαράπιδος καὶ Ἴσιδος** cognovimus. Qui titulus hoc quoque in titulo efficitur, si duas inscriptiones coniungimus, quas Scias fortasse in eodem lapide fuisse dicit.

Vidimus igitur nullum documentum extare[11]), quod revera demonstret Isidis Serapidisque cultum cum mysteriis Eleusiniis in cultu ipso coniunctum vel comparatum fuisse. Neque vero narrationes scriptorum ullius momenti sunt, quas eo consilio comminiscebantur, ut patrias religiones ab antiquissimis illis et sanctissimis Aegyptiorum derivarent. Cultus ipse, quod summum est, nihil tradit.[12])

E re esse puto tam dispersam documentorum molem paucis comprehendi. Iam quinto saeculo Aegyptii Piraei templum Isidis suae condunt. Ineunte fere saeculo tertio cultus Isidis et Serapidis publicus introductus est. Coluntur igitur Serapis et Isis coniuncti in templo prope Metropolim sito. Cultum per saecula usque ad primam quarti saeculi partem persecuti sumus. Sec. fere a. Chr. n. saec. nomina cum iis dis composita multo crebriora fiunt, quod Athenienses, qui Delo potiti erant, ibi florentissimum ut videbimus cultum Isidis et Serapidis exercebant. Dies festus iam tert. a. Chr. n. saec. celebratur, qua in pompa canephori incedebant. Fere anno 63 p. Chr. n. autem feriae vere

[11]) Tituli III 233 ... *ΔΙΚΑΙΘΕ* ... lectio *Ἴσιδι καὶ θεοῖς Αἰγυπτίοις* omni fundamento caret. Melius legitur: *θεοῖς πᾶσι καὶ θεαῖς πάσαις.*

[12]) Tamen semper viri docti conantur has narrationes ut veras tueri, in quibus praesertim Foucart, *hist. de l'orig. et de la nat. des* ***myst.*** *d'Eleus.* quamquam non opus est hic de illo libro disputare, tamen praedico eum prorsus falsis fundamentis uti. Cuius rei hoc solum exemplum profero, quod verbum Aegyptium *m;'·ḥrw* cum verbo **Εὐμολπίδαι** coniungit, qua in re Masperonis disputatione de illo verbo utitur, quae mihi falsissima videtur; neque enim ad cantum sed ad iudicium spectat.

Aegyptiae Athenas introducuntur, in quibus Osiris mortuus lugetur. Praeter hoc Serapidis Isidisque templum etiam in clivo meridionali arcis templum Isidis erat prope Aesculapii et Veneris templa situm, quorum cultus ad Isidis aliquid contulisse videtur. Quo in templo praecipue Isis colebatur, quamquam etiam Serapidi sacra fiebant. Hic Isis somnia dat, Isidi *λυχναψία* celebratur; qua in pompa sacra ab hagiaphoris portabantur. Statua Isidis ab hierostolis vestiebatur et ornabatur. Sacerdotio functae esse videntur mulieres.

II. Boeotia.

Multo melius de numinibus Aegyptiis in Boeotia cultis eruditi sumus. Orchomeni et Chaeroneae servos ita manumissos esse, ut Isidi Serapidique dedicarentur, permagnus titulorum numerus testatur. De quo more cum alibi tum Delphis vigenti diligenter Foucart, *mém. sur l'affranch. des esclaves par forme de vente à une divinité* egit atque nuper Dareste, Haussoulier, Reinach, *inscr. jurid. Gr. IIe sér.* 2, 237.

Orchomenii tituli sunt VII 3198—3204, Chaeronenses 3301—3399. Inscribebantur autem haud raro in lapidibus iam in fano prostantibus, quod dedicationibus demonstratur ante manumissiones insculptis velut 3380: ***Σαράπι Ἴσι Ἀνούβι.*** Admiratione autem dignum est aram talem in fano prostantem et Orchomeni (Decharme, archiv. des miss. Sér. II T. IV 486 n. 1 = VII 3200—4) et Chaeroneae (Preller, Sächs. Gesellsch. 1854, 195 = VII 3308—12) eodem modo capitibus cervorum et floribus loti ornatum esse. Lotum ad Isim spectare notum est. Quod ad cervos, com-

parare possumus Paus. X 32, ubi narrat Isidi Tithoreae et boves et cervos sacrificari.

Legitima manumissionum forma est: Orchomeni (3198): ... *ἄρχοντος, ἱερειάδδοντος ..., πολεμαρχιόντων Εὔκλια Ἀρισ|τίωνος καὶ Ἀρίστια Ἀριστίωνος ἀντίθε|ντι τὸν Fίδιον Fυκέταν Ἀπολλώνιον ἱαρὸν εἶμεν |τῶ Σαράπιος κὴ τᾶς Ἴ|σιος κὴ μεὶ ἐσσεῖμεν μειθενὶ καταδουλίτταστθη Ἀπολλών|ιον μειθὲ ἐφάπτ|εστη· ἢ δὲ κά τις καταδουλίδδε|ι η ἒ ἐφάπτειτη κούριος ἔστω ὁ ἱερεὺς κὴ τῦ πολέμαρχυ σουλῶντες κὴ δαμιώοντες κὴ τῶν ἄλλων ὁ βειλόμενος κὴ τῦ σούνεδρυ δαμιώνθω τὸν ἀδικίοντα.* Chaeroneae (3302): *Θιὸς τούχαν ἀγαθάν. Με|λ|ίτωνος ἀρχῶ, μεινὸς Πανά|μω πε|ντεκηδεκάτη Ἀντίγων Ἀριστογείτονος ἀντίθειτι τὰν Fιδίαν θεράπηναν Εὐρώπαν ἱερὰν |τεῖ Σαράπι|, τὰν ἀνάθεσιν ποιόμενος διὰ τῶ σουνεδρίω και᾽ τὸν νόμον.* Servi dedicantur Orchomeni Serapidi et Isidi, Chaeroneae Serapidi: sed etiam Isim ibi cultam esse ararum inscriptiones docent; praeterea in VII 3319 *τῶ Σαράπι κ|ὴ τῆ Ἴσι τὰν ἄνθεσιν ποϊόμενος|* fuisse videtur. In capite titulorum magistratus urbis ponuntur: cultus igitur publicus est; praeterea urbi summa pecuniae pendebatur, quam aut dominus solvit (3303) aut servus ipse annis nonnullis post manumissionem (3334). Praeterea senatus urbis adicitur, cuius est libertum defendere. Orchomeni etiam nomen sacerdotis Serapidis affertur. De forma manumissionum confer, quae dicta sunt in *inscr. jurid. Gr.*, ubi distinguitur inter manumissiones quae forma dedicationis et quae forma venditionis fiunt. Repeto verba de priore modo facta: *l'esclave devient un hiérodule, attaché effectivement au service d'un temple. Peu à peu cette consécration n'est plus qu'une simple fiction .... l'esclave consacré devient en fait libre .... nous verrons toutefois que les traces de l'hiérodulie se sont maintenues assez longtemps dans certains pays.* Qui modus his quoque in inscriptionibus apparet. Nam terminus fere semper usitatus est *ἀνατίθησι* vel *ἀνιεροῖ τῷ Σεράπιδι* et 3321: *ἀφιᾶσι τὴν ἰδίαν δούλην ἐλευθέραν, ἱερὰν τῷ Σαράπι.* Nusquam *ἡ ὠνὴ* commemoratur,

quamquam etiam hic pecuniam a servo pendi usitatum fuisse 3332 demonstrat: *ἀνατίθησι ... ἐπὶ δωρεᾷ.* Servi manumissi semper nominantur *ἱαροὶ τοῦ Σαράπιος*, atque patronus eorum est hierarchus, qui rebus sacris praeest.

Praeter Serapim Chaeroneae etiam aliis dis servi dedicantur; Matri Magnae (3378, 9) Veneri Eileithyiae (3384 sqq.) Orchomeni Aesculapio (BCH XIX 161). Sed multo superant inscriptiones Serapidis; cuius cultus ibi fere princeps fuisse videtur, ut Epidauri Aesculapii Delphis Apollinis.

De tempore, quo cultus Chaeroneam introductus sit, nihil certi scimus, sed necessario multis annis iam viguit, antequam tanti momenti fiebat. Manumissiones priori secundi a. Chr. n. saec. parti attribuuntur. Itaque maxime miramur, quod cultus deorum peregrinorum tertio iam saeculo non solum in eas urbes, quibus commercium cum Aegypto erat, sed etiam mediam in Graeciam introductus est.

Templum loco vel prope locum fuisse verisimile est, ubi nunc est ecclesia Panagiae, quod omnes inscriptiones, de quibus ubi inventae sint scimus, ibi inventae sunt. Quod iam Leake, *Travels in Northern Greece* II 115 dixit; qui miratur, quod Pausanias Serapidis templum non affert. Quam neglegentiam ita explanare non licet, ut dicamus cultum iam perisse; hic enim demonstrare possumus eum diu viguisse: VII 3414 *Φῦρος Σωτέου ἐπιταγῇ Εἴσιδος* secundi p. Chr. n. saeculi est et 3426 tertii: *Φλαβίαν Λανείκαν τὴν ἀρχιέρειαν διὰ βίου τοῦ τε κοινοῦ Βοιωτῶν τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ κοινοῦ Φωκέων ἔθνους καὶ τῆς ὁμονοίας τῶν Ἑλλήνων παρὰ τῷ Τροφωνίῳ, τὴν ἁγνοτάτην ἱεραφόρον τῆς ἁγίας Εἴσιδος, ἱέρειαν διὰ βίου τῆς ἀποσειριαδος Εἴσιδος ὁ βοιωτάρχης* etc. Cultus igitur his temporibus duplicatus est. Duae Isides diversis cognominibus coluntur, e quibus alterum facile discernimus *ἁγίαν*, quae ea dea videtur esse, quam semper cum Serapide (et Anubide) coniunctam invenimus; quod titulus *ἱεραφόρος* denuntiare videtur, qui nos ad pompam

Isidis revocat. Alterum cognomen primum ex Apide et Osiride declarabatur, tum ex Sirio astro, nunc omnino[13]) e regione Aegypti a cataracta prima in meridiem sita, ubi Nilus nomine *Σῖρις* utitur (Dionys. Periheg. 223, Plin. V, IX 54) apud Iosephum I, II 3 etiam nomen terrae *Σειριάδος* extare dicitur.[14]) Sed terra ibi allata non ad hanc regionem spectare opus est, deinde in Iosepho *Σειρίδα* traditum est, quod Niese in textum recepit. Praeterea non intellego, cur Chaeroneae Isis culta sit, quae ex tam remota regione asportata sit, neque Isim in illa regione coli notum est. Neque vero ego quidem hoc cognomen explicare possum, cum etiam aliae interpretationes mihi non satisfaciant.

Manumissiones Orchomeniae fere isdem temporibus (fortasse etiam primo saec.) attribuendae sunt. Atque cum omnes inscriptiones (non modo manumissiones sed etiam aliae Serapidi Isidique dedicatae: VII 3215; 20) prope templum destructum Gratiarum inventae sint plurimae inaedificatae in muris monasterii ibi siti, consentaneum est in vicina regione templum fuisse Titulum sacerdotis etiam in VII 3215 (secundi ut videtur a. Chr. n. saec.) invenimus: *Δάμων Εὐαρίδαο ἄρξας καὶ ἱερατεύσας Σαράπι Ἴσι Ἀνούβι [ἱαραρχιόν]των Κ[αφισο]δώρω Δικεάρχω*, et 3220 (primi fortasse saec.): [*ἡ πόλις Ὀρχ*]*ομενί*[*ων . . .*] *Πύθωνος ἱερατεύσαντα Σεράπιδος* [*ἄρχ*]*οντος Νουμηνίου*. Praeterea cultum demonstrat fortasse dedicatio VII 3219, quam Keil (Jahrb. f. Philol. Suppl. IV 584) primo a. Chr. n. saeculo tribuit: *Ἀριστογείτων Τίμωνος* [*. . . υἱὸ*]*ς αὐτῶν Ἀγριώνιος* [*Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβ*]*ιδι καὶ τῇ πόλει*. ubi Serapis etc. a Ditt. recte restitutus esse mihi videtur, cum antea [*Ἀρτέμ*]*ιδι* suppletum erat. Fortasse autem solum *Σαράπιδι Ἴσιδι* ibi fuit

Coroneae eundem manumissionum modum videmus ex VII 2872, fortasse eiusdem aetatis, quam ad in-

[13]) Cf. Wolff, Arch. Zeitg. XXV 1867 p. 56.

[14]) Quod nomen ex litteris hermeticis sumptum esse Reitzenstein, Poimandres, 183 ex Pseudomanethone ostendit.

scriptionem Keil animadvertit: *ad Pausaniae aetatem si quid ex eius silentio (IX 34, 2) colligi potest, ea religio non durarit.* Cuius ex silentio nihil concludi posse Chaeroneae vidimus.

Copis: Paus. IX 24, 1: *ἐνταῦθα Δήμητρος καὶ Διονύσου καὶ Σαράπιδός ἐστιν ἱερά.*

Thebis tres illos deos coniunctos esse docet ara VII 2482 (II aut I s.): *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Προῖτο*[*ς*] *Λαμίμονο*[*ς*] *Μακεδὼν* [*ἀπὸ Θ*]*εσσαλ*[*ονίκης*]. Posterioribus temporibus attribuenda est VII 2680 sq. *ἱεραφόρος Νεικα*[*ρ*]*ὼ Ἀρίστωνος ζῶ*[*σ*]*α καὶ φρονοῦσα τὴν Ἀνθηδο*[*ν*]*ίαν ληνὸν κληρονόμοις ἐμοῖς μὴ προσήκειν μηδὲ ἄλλῳ μηδενί· ἐὰν δέ τις βιασάμενος ἀνοίξῃ ἢ μιάνῃ μου τὰ ἱερὰ ἀποτε*[*ίσει*] *τῇ Εἴσει δηνάρια* 700. Hic quoque *ἱεραφόρον* invenimus (quam esse Isidis ex fine inscriptionis necessario colligitur). Quae in omnia tempora sarcophagum a profanis eo tueri vult, quod scribit illi qui profanat Isidi pecuniam solvendam esse.

Thebis etiam anaglyphum inventum est (VII 2483. Keil, Jahrb. f. Phil. Suppl. IV 583) quod *Εὔνοια Εἴσιδι εὐχὴν* dedicat: iuvenis nudus in lectulo iacet, post quem caput magnum barbatum exsurgit et ante quem tres puellae saltant. Quod Rhangabis (no. 1213 p. 778) ita interpretatur, ut caput Ammonem (cuius templum illo loco fuisse dicit) iuvenem Osirim dicat. Quam interpretationem etiam alii editores sequi videntur, cum nullo commentario adiecto eam proferant. Quae mihi falsa videtur; nam primum quidem ita sensum anaglyphi non intellego, tum iuvenis non ad Osirim spectat, deinde puellae saltantes omnino non respiciuntur. In memoriam autem referam aliud caput magnum barbatum in gemma incisum: Augostini, gem. antiq. II tab. 30, ubi Alexandria depicta esse dicitur, quae in capite magno barbato Nili nititur. Fortasse igitur etiam anaglyphi Thebani caput Fluminis est, tum puellae nymphae, iuvenis Faunus aut Mercurius. Neque vero quicquam certi dicam, cum nisi a Rhangabe non visum

sit anaglyphum neque Körte, Mitt. Athen. III in monumentis Boeotiis id afferat.

Tanagrae extat index eorum, qui diebus festis Serapieis vicerunt: VII 540: *Γλαύκου τοῦ Βουκάττου οἵδε ἐνίκων τὸν ἀγῶνα τ[ῶ]ν Σαραπιείων.* Sequuntur *σαλπικτής, κῆρυξ, αὐλητής, κιθαρῳδός, ῥαψῳδός, αὐλῳδός, σατύρων ποιητής, κιθαριστής, τραγῳδίων ποιητής.* Ceterorum autem certaminum victores perierunt. Tempus inscriptionis est 100—70 a. Chr. n. praeter quam cultum ostendunt: Mitt. Ath. III 342. effigies mulieris ornatu sacerdotis Isidis praedita, et lucerna (Lafaye p. 303 n. 129), cuius ansa capitibus Isidis et Serapidis formatur, quae Lutetiae Parisiorum coniuncta cum vasis et fictilibus Tanagrae inventis servatur.

Thespiis inventus est VII 1869 (C I G 1633): *[ἡ β]ουλὴ κα[ὶ ὁ δῆμος] Μνασίππαν [. . . .]του ἱερατε[ύσασαν Ἴ]σιδος καὶ αν[. . . .] τῇ πόλει εἰς τ[ὴν Διον]ύσου ἑορ[τὴν . . .* Boeckh lacunam explet *Ἀν[ούβιδος]*, Ditt. recte *ἀν[αθεῖσαν]*, quod verbo opus est, a quo pendeat *εἰς τὴν ἑορτήν.* Praeterea in titulo sacerdotis Isis cum Anubide coniuncta esse non potest. Neque vero ex hoc titulo concludi debet Isim ibi cum Baccho coniunctam esse.

III. Phocis.

Praesertim Tithoreae cultum Isidis et Serapidis floruisse et inscriptiones et Pausanias testantur. Atque hic alterum manumissionum genus servos vendendi reperimus IX 187; 194 sq. fingebant deum ipsum servum emere; propterea documentum emptionis in templo Serapidis ponitur (*ἁ ὠνὰ παρὰ τὸν θεὸν τὸν Σάραπιν*), atque siquis libertum in servitutem redigebat, ei talentum argenti

ποθιερὸν τοῦ Σαράπιος pendendum erat, sive dimidium Serapidi, dimidium ei, qui libertum defendisset. Manumissiones in basi inscriptae sunt, quae antea dedicata erat inscriptione IX 187: *Γνωσίφιλος καὶ Ἐπιξένα τὸν υἱὸν Θεωνίδαν Σαράπει Ἴσει Ἀνούβει.* Basis igitur statuam Theonidae ferebat. Inscriptio sec. p. Chr. n. saeculo ineunti attribuitur. Manumissiones postea insculptae et ipsae ad hoc saeculum referendae sunt. Atque ex 193 v. 6 videmus collato 61 v. 78 hunc titulum vel primae huius saeculi parti attribuendum esse. Praeest cultui sacerdos: *ἱερητεύων τῷ θεῷ τῷ Σαράπει*; sed etiam Tithoreae Serapim Isim Anubim coniunctos cultos esse dedicatio demonstrat. Quod ea de causa praedico, ne temere iudicemus, si alio quodam loco multas inscriptiones Serapim nominantes habemus neque ullam Isidis. Sacerdos igitur secundum principalem deum nominatur.

Quaerendum autem est, num hoc templum idem sit atque quod Pausanias affert: X 32. Narrat septuaginta stadia ab urbe abesse templum Aesculapii, a quo quattuor stadia *περίβολος καὶ ἄδυτον ἱερὸν Ἴσιδος ἁγιώτατον ὁπόσα Ἕλληνες θεῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ πεποίηνται.* Templum igitur ex fano muris circumdato constat et templo ipso (*ἄδυτον*); templum autem procul ab urbe abesse declaratur sanctitate eius. Serapim eodem in templo coli non dicit, neque vero hoc nobis iam permittit, ut iudicemus hoc fanum aliud esse ac templum Serapidis ex inscriptionibus notum. Contra ne ea quidem re niti possumus, quod Pausanias Tithoreae nullum aliud templum commemorat. Itaque, cum nos loca, in quibus lapides inventi sunt, non adiuvent, diiudicare non possumus, utrum unum an plura templa ibi fuerint.

De cultu ipso Paus. plura praebet: nemini adytum intrare licere nisi quem Isis ipsa in somnio iusserit. Narrat postea historiunculam: diebus festis hominem, cui non licuisset, adytum intrasse, remeasse, civibus narrasse se

in adyto visa omnigena vidisse, mortuum esse. Qua fabula sanctitas fani illustratur. Cum Isis suos per somnia invitaret, somniorum interpretatio ibi usitata erat. (Cf. Athenas et Delum. oracula ab Iside et Serapide data perhibet Aristides *ἱερ. λογ. γ´* 45; *δ´* 97. *εἰς Σαραπ.* 7.) Verisimile autem est hanc somniorum interpretationem cum arte medicina coniunctam fuisse.

Dies festi et vere et autumno celebrati, quos Pausanias describit, demonstrant Isidis cultum ibi *ἁγιώτατον* fuisse. Nam cum magno mercatu coniuncti sunt. Feriae per tres dies aguntur (nimirum et vernales et autumnales): primo templum a reliquiis prioris sacri purgatur; secundo mercatores casas et tabernaculas extruunt; tertio mercatus ipse et sacra fiunt. Quem mercatum a Pausania ad dies festos ipsos numerari sequitur ex verbis: *πανηγυρίζουσι πιπράσκοντες καὶ ἀνδράποδα καὶ κτήνη τὰ πάντα, ἔτι δὲ ἐσθῆτας καὶ ἄργυρον καὶ χρυσόν.* Res autem ita se habet: ad ferias Isidis magna multitudo non solum Tithorensium sed etiam aliorum Phocensium confluebat. Itaque eodem tempore mercatus magnus habebatur. Isis ita quasi dea mercatorum facta erat; certe omnes, qui ad mercatum venerunt, etiam diebus festis aderant; qui optime cultum propagabant.

Dies festus ipse ex duabus partibus constat, sacrificio et pompa: *μετὰ δὲ μεσοῦσαν ἡμέραν τρέπονται πρὸς θυσίαν.* Sacrificantur boves et cervi, anseres et aves meleagrides. Contra oves sues caprae vetitae sunt. Anseres Wolff (Philol. XXVIII 188) dicit soli Isidi sacrificatos esse. Quale sacrificium Aristides, *ἱερ. λογ. γ´* 45 commemorat. Aves autem Isidi sacrificatas etiam Prienae reperiemus. Sues in Aegypto in Isidis Osiridisque cultu omnino non sacrificantur. Ovem Isidi sacrificari vetitum esse comperimus ex Sext. Emp. adv. math. III c. 24, 220. Cur autem caprae vetitae sint, non video. Pompam autem Pausanias describit loco valde corrupto: *ὅσοις μὲν δὴ καθαγίσασι τὰ ἱερεῖα ἐς τὸ ἄδυτον ἀποστεῖλαι †† πεποιημένους ἀρχὴν καθελίξαι δεῖ*

σφας τὰ ἱερεῖα λινοῦ τελαμῶσιν ἢ βύσσου· τρόπος δὲ τῆς σκευασίας ἐστὶ ὁ Αἰγύπτιος· πομπεύει τε δὴ πάντα ὅσα ἔθυσαν καὶ οἱ μὲν ἐς τὸ ἄδυτον τὰ ἱερεῖα εἰσπέμπουσι οἱ δὲ ἔμπροσθεν τοῦ ἀδύτου καθαγίζουσι τὰς σκηνὰς καὶ ἀποχωροῦσιν αὐτοὶ σπουδῇ. Verba Pausaniae expedire non possum, neque Frazer recte ea vertit. Res ipsa autem ita se habuisse mihi videtur: sacra omnia sacrificantur et in pompa feruntur; tum altera pars, cui licet, sacra in adytum immittit diutiusque ibi remanet, altera sacra ministris templi tradit et tabernis (?) combustis statim recedit. Immittuntur sacra autem, ut dea etiam reliquis temporibus cibo utatur; qua de causa fasciis circumligantur. Quod iam Frazer ex Her. II 86 explicavit, ubi mos Aegyptius mortuos condiendi narratur. Neque enim nisi sacra condita fuissent, odor fuisset perferendus; vidimus enim sacra per semestre spatium in adyto remansisse et primo demum die posteriorum feriarum egesta esse.

Cognovimus igitur Tithoreae classem quandam hominum (neque vero sacerdotum, ut videtur), quibus propius ad deam accedere licebat, quam reliqua plebs.

Hyampoli praeter manumissionem anni 117 p. Chr. n. (IX 86) servati sunt tituli IX 92: *Εὐκλείδας Καλλὼ Τίμανδρον τὸν υἱὸν Σαράπι Ἴσι Ἀνούβι*, qui Dittenbergio iudice secundo aut primo a. Chr. n. saeculo attribuendus est, et IX 89: *Κρινόλαος Ξενοπείθεος ἱερητεύσας τὸ πρόπυλον καὶ τὰς στοὰς καὶ τοὺς οἴκους Σαράπει Εἴσει Ἀνούβει χαριστήριον* (primi ut videtur saec.) videmus igitur nos erraturos fuisse, si, cum materia velut Tithoreae nobis deest, colligeremus cultum posterioribus demum temporibus introductum esse. Hic quoque Serapis Isis Anubis una coluntur; sacerdos qui manumissioni adest, est *ὁ ἱερεὺς τοῦ Σαράπιδος καὶ τῆς Εἴσιδος.* Manumissio fit mense octavo, qui Delphis *Ἡρακλεῖος* appellatur; congruit cum tempore Thargelionis Atheniensium. Hoc in mense *Βουβάστια* aguntur, quae nullo dubio cum Serapidis Isidisque cultu coniuncta sunt. Cognovimus

Βουβάστια ex decreto Canopico: Ditt. I G 56 v. 37: ... *τοῦ Παῦνὶ μηνὸς, ἐν ᾧ καὶ τὰ μικρὰ Βουβάστια καὶ τὰ μεγάλα Βουβάστια ἄγεται* ... mensis Payni temporibus Traiani de fine mensis Aprilis ad finem Mai pertinet; hoc est idem tempus, quo Athenis Thargelion est. Neque certius concludere possumus, quoniam non exacte dicitur, quo die Hyampoli sacra fiant. Isim cum Bubasti coniunctam esse ostendit Ovid met. IX 690, ubi gravidae coniungi pompa Isidis apparet: *cum qua latrator Anubis sanctaque Bubastis variusque coloribus Apis*. In cultu reperiuntur coniunctae Rhodi (Mitteil. Ath. XXIII 391: *ἱερὴ Ἴσιος καὶ Βουβάστιος*) Oedelburgi (Pannon. sup. C I L III 4234: *Isidi Aug. et Bubasti* ...) Ostiae (C I L XIV add. 21: *Isidi Bubasti Vener.* ...) itaque Hyampoli quoque cultus Serapidis et Isidis cum Bubasti coniunctus erat.

Praeterea nonnullis aliis locis Phocidis cultum deorum Aegyptiorum novimus:

Dauliae: IX 66 (primi fortasse a. Chr. n. saec.) est *ἀνάθεσις* servi Minervae dedicati, in qua dicitur: *τὸ ἀντίγραφον τῆς ἀναθέσιος παρὰ τὸν Σάραπιν (καὶ τὸν) ἱερατεύοντα τῷ Σαράπει ἐν Δαυλίᾳ.*

Ambrysi: IX 16 (= C I G 1729), quam Coll.-Becht. II 1519 temporibus imperatorum attribuit: *Ἀλκαῖος Λάμπρων Ἀμφίδαμος Σαράπι Ἴσι Ἀνούβι τὸν παστάδα καὶ τὸ πρόπυλον.*

Delphis cultus non fuit. Neque enim ad hanc urbem spectat Plut. de Is. et Os. 351 E et 364 E, ubi narrat Cleam, cui hoc scriptum dedicat, Isidi servire atque mysteriis Osiridis initiatam esse, 364 E: *ὅτι μὲν οὖν ὁ αὐτός ἐστι τῷ Διονύσῳ, τίνα μᾶλλον ἢ σὲ γιγνώσκειν, ὦ Κλέα, δὴ προσῆκόν ἐστιν, † ἀρχικλα μὲν οὖσαν ἐν Δελφοῖς τῶν Θυιάδων, τοῖς δὲ Ὀσιριακοῖς καθωσιωμένην ἱεροῖς ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρὸς.* Clea igitur mysteriis Osiriacis initiata est, neque vero Delphis. Nam videmus eam Delphis neque natam esse neque habitare; Osiridis igitur mysteriae fortasse in patria Cleae fuerunt. Sed si cui mirum est peregrinam maenadibus

illis praeesse, concedo eam Delphis natam esse; sed etiam tum certo videmus Osiridis mysteria non Delphis fuisse, quod Plutarchus addit *ἐν Δελφοῖς*. Delphis igitur nullum deorum Aegyptiorum documentum extat.[15])

In Aetolia in urbe Calydone Serapis invenitur in nummo Septimi Severi (M. Suppl. II 89, 23).

In insula Leucade nummi signati sunt capitis ornatu Isiaco (*Ποστολάκκας, καταλογ. ἀρχ. νομ.* 676 et 862, 3).

In urbe Chalcide Euboeae reliquiae prope aquaeductum, cui nunc nomen est *τρεῖς καμάραις*, ex compluribus inscriptionibus ibi repertis Serapidis templo adiudicantur (*Ἐφ. ἀρχ.* 1899, 133 et 1902, 110/9); fuit cultus iam secundo a. Chr. n. saeculo: *Ἐφ. ἀρχ.* 1892, 172 sq.: *[ἐπ]ὶ ἱερέως [...] θέον τοῦ Ξενοκλέους Λάμων Ἀθηνίωνος Σαράπιδι Ἴσιδι [Ἀ]νο[ύβιδι]*. Isdem dis *Ἀφροδίσιον καὶ Ἄθυρμις χαριστήριον* dedicant. (*Ἀθηνᾶ* 1894, 170.) Eidem saeculo inscriptio metrica attribuenda est: *Ἐφ. ἀρχ.* 1902, 110/109: *[Χαίρων ὀφθαλμ]οῖσιν, ἄνα, κλυτὰ δέρκεο δῶρα | [εὐξάμενός γε] θεῷ, ξεῖνε, τάδ᾽ ἐν τεμένει | [...] εὐσεβίᾳ παρέχει γέρας ἄξια τεύχων [δαίμ]οσιν οὐρανίδαις κοῦρος ὁ Νικαρέτου· | Γοργίας Νικαρέτου Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἄπιδι.* Mirum est dis illis tribus Apim adiectum esse, praesertim cum *δαίμονες οὐρανίδαι* nominentur.

IV. Epirus et Thessalia.

Ambraciae C I G 1800 fortasse primo a. Chr. n. saeculo attribuenda est: *τὸ κοινὸν τῶν διακόνων Σαράπει Ἴσει Ἀνούβει Ἁρποκράτει Κάνωπος, ἱερεὺς Σωτ[ί]ων Καλλιστρά-*

[15]) A Serapidis cultu abiudico etiam manumissionem (Rev. des ét. Gr. 1902, 134) inventam *à Haghios Joanni, près de Mydéon,* in qua nomen Serapidis nullo iure suppletum est.

τον et octo nomina sociorum. Ibi igitur societas quattuor illa numina colit, quae *τὸ κοινὸν τῶν διακόνων*[16]) nominatur. Quae societas fortasse collegium hominum privatorum est invicem munere fungentium, quod sacerdotem adiuvat (veluti *wnw.t* in Aegypto).

Nicopoli in nummis Hadriani et Aelii[17]) Isis stat, quae loco sistri dextra hastam tenet, sinistra situlam. Agnoscitur etiam flore loti, quo in Hadriani nummo caput, in Aelii hasta ornata sunt. Fortasse autem etiam similes nummorum imagines Isidis putandae sunt, in quibus d. hastam. s. cornu copiae portat[18]) (Getae, Severi Alexandri, Gordiani pii, Philippi senioris) aut d. vas s. cornucopiae[19]) (Hadriani, Septimi Severi, Severi Alex., Gordiani pii) sed haec incerta sunt.

In insulae Corcyrae urbe Palaeopoli IX 716 inventus est: [*Σ*]*αράπι Ἴσι* (primi fortasse p. Chr n. saec.).

Thessalia: Hypatae iam annis 168—146 nummus capitis ornatum Isiacum fert (Cat. of Gr. coins, Thess. 11, 12). Accedit titulus, cuius aetatem definire non possum: Roß, Arch. Aufs. II 475 n. 5: [*Ἀλέξ*]*ανδρος Ἀλεξάν*[*δρου Λ*]*αρισαῖος Σαρά*[*πει* (?) *ὑπὲρ τοῦ*] *τέ*[*κ*]*νου ε*[*ὐ*]*χ*[*ή*]*ν*. Etiam Hypatae igitur Isis et Serapis coniuncti erant.

Larisa saeculo altero a. Chr. n. deos Aegyptios publice colit: B C H XIII 392: *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Φιλόλαος Ἡροφίλειος*. Dedicat ille thesaurum, quales complures extant.[20]) Primo autem saeculo etiam Harpocrates

[16]) Quod verbum de ministris deorum adhibitum non inveni nisi C I G 3037 (Metropoli in urbe Lyciae), ubi *ἱερεὺς ἱέρεια διάκονος* et duo *διάκονοι* duodecim deorum enumerantur.

[17]) M. II 57, 85. III 378. Cat. of Gr. coins, Thess. 104, 19 pl. XIX.

[18]) M. Suppl. III. 396, 272. 400, 295. 401, 305. 403, 314.

[19]) M. Suppl. III 378, 130. 388, 213. 400, 296. 402, 306.

[20]) Inschr. v. Priene n. 195 Anm. et Jahrb. d. Arch. Inst. 1901, 160 sqq.

colitur: Herm. XXVI 150: *Ἁρποχράτα ἁ πόλις ἁ Λαρισαίουν λειτουργίοντος Ἀπολλουνίοι Ἱππιαίοι*. Cultorem deae cognoscimus ex anaglypho: Mitteil. Ath. XI 53 n. 26; est tabula sepulcralis fabri cuiusdam, in qua iuxta eum in labore occupatum sistrum depictum est: quod alio modo intelligi non potest, nisi fabrum illum deos Aegyptios pie coluisse putamus. Aliter res se habet in altera tabula sepulcrali: Mitt. Ath. XI 126 n. 76, temporum fortasse Hadriani: *Κοΐντα Στατία Ἐπιγόνη ἥρως;* est herma, in quo sistrum et situla depicta sunt. Quas res sacerdotes gestare cum viderimus, puto Qu. Statiam sacerdotem Isidis Larisaeae fuisse.

Etiam aliud sacerdotium nobis traditum esse ab Apuleio (met. II 28) dicunt Drexler, p. 387 et Lafaye, p. 77. Ibi enim narrat iuvenis quidam narratiunculam, quae sibi Larisae acciderit. Est narratio Thessalica arte magica conferta, in qua Zatchlas Aegyptius commemoratur, propheta primarius, nempe deorum Aegyptiorum, qui mortuum quendam coram omnibus excitavit. Qua ex narratione colligunt illi Larisae cultui Isiaco prophetam praefuisse; ego nihil ex illa fabula colligo neque de cultu Isidis neque de titulo sacerdotis. Quin etiam si hoc unicum esset documentum, ne cultum quidem Isidis Larisae fuisse concludere liceret.

Titulus Serapidi et Isidi dedicatus (*Ἐφ. ἀρχ.* 1900, 58) in vico *Μέγα Καισερλί* inventus, qui ab urbe Larisa viginti fere milia passuum abest, ostendere videtur cultum deorum Aegyptiorum etiam in vico Larisaeo fuisse.

Demetriade tres inscriptiones Serapidis cultum confirmant primo a. Chr. n. saeculo attribuendae: a) Mitt. Ath. VII 355 sqq.[21]) b) XV 302 c) VII 338. Praeest cultui sacerdos, qui ab urbe instituitur: a) [*ἐπειδὴ Κρίτων Κρί*]*τωνος κατασταθεὶς ὑπὸ τῆς* [*πόλεως ἱ*]*ερεὺς τοῦ Σαράπιδος* etc., qui fortasse

[21]) In eodem lapide postea manumissio insculpta est.

unum in annum magistratu fungitur; nam eundem sacerdotem in b) urbs magistratu functum honorat. Cultus publicus est atque mihi quidem videtur quasi publicus totius societatis Magnetum esse. Nam in c), cuius initium deest, vir honoratur de societate Magnetum bene meritus (iubetur enim *εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ προεδρίαν ἐμ πάσαις ταῖς κατὰ Μαγνησίαν πόλεσιν, προνοηθῆναι δὲ ὅπως συντελεσθῇ τά ἐψηφισμένα τοὺς κοινοὺς ἄρχοντας* et, quamquam stela ipsa Demetriade collocatur, exemplaria plebisciti *πρὸς τὰς πόλεις* mittuntur. Praeterea hoc *ἐκκλησία* i. e. commune Magnetum concilium iubet). Quae ad omne Magnetum concilium pertinens inscriptio in Serapidis templo collocatur. (Quamquam fieri potest, ut vir honoratus Serapidis sacerdos fuerit.) Contra Lolling, Mitt. VII 343 dicit Iovem Acraeum fuisse numen commune Magnetum, quod sacerdos eius affertur, etiamsi res ad Apollinis et Serapidis cultum pertinentes tractantur. Neque vero repperi talem inscriptionem ad Serapim spectantem, in qua hic sacerdos extet.

Colitur Demetriade praesertim Serapis, a quo sacerdos et templum nomina acceperunt, neque vero solus: a) *ἔν τε τοῖς περὶ τοὺς θεοὺς ἀνέστραπται ἀξίως* et *εἴς τε τὴν τῶν θεῶν τιμήν*. Isis igitur et fortasse etiam Anubis ibi coluntur.

Hoc in cultu societas *τῶν ὑποστόλων* titulum a) dedicat, quae semel quotannis in Serapieo diem festum celebrat: Crito honoratur, quod suis ex rebus mille drachmas donavit, ut socii cultum deorum augerent et cenam, ut videtur, illo die pararent. Commemorantur etiam *οἱ θεραπευταί*, qui et ipsi societas putantur: Fränkel, d. Inschr. v. Perg. n. 338: *der die ὑπόστολοι u. θεραπευταὶ umfassende θίασος wird genauer als eine Genossenschaft v. Mysten bezeichnet werden können, deren höhere Stufe jene darstellen, da die anderen zu ihrem Feste keinen Zutritt haben.* Vidimus hypostolos longe aliud significare neque de mysteriis rem esse; neque *θεραπευταί* cum iis ullo modo coniuncti sunt. Omnino non opus est eos fuisse societatem: a) v. 5: *ἀξίως*

δὲ καὶ τῆς πό[λεως σπου]δῆς οὐδὲν ἐνλείπων ε[ἴς τε τοὺς] θεραπευτὰς μεγαλομερῶς καὶ ἐκτεν[ῶς . . . . δ]ιατετέλεκεν. θεραπευταὶ hic nihil aliud significare videntur nisi eos, qui deos colunt. (Cf. de his Delum.)

V. Peloponnesus.

I. Megaris, ut liceat hanc urbem cum Peloponneso coniungere, templum Isidis fuisse Pausanias I 41, 3 dicit, neque vero definire possumus, ubi templum situm fuerit: *ἐκ δὲ τῆς ἀκροπόλεως κατιοῦσιν ᾗ πρὸς ἄρκτον τέτραπται τὸ χωρίον μνῆμά ἐστιν Ἀλκμήνης πλησίον τοῦ Ὀλυμπιείου . . . ἐντεῦθεν ὁ τῶν ἐπιχωρίων ἡμῖν ἐξηγητὴς ἡγεῖτο ἐς χωρίον Ῥοῦν . . . καὶ Ὕλλου πλησίον τοῦ Ἡρακλέους μνῆμά ἐστιν· οὐ πόρρω δὲ τοῦ Ὕλλου μνήματος Ἴσιδος ναὸς καὶ παρ᾽ αὐτὸν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος.*

II. Pagae: nummus Commodi et Septimi Severi (M. II 144, 336 et Imh.-Blum. a. P. Gardner. Jour. o. H. st. VI 58): Isis in templo distylo stans d. sistrum s. situlam tenens.

III. De Corintho longius disputandum est, sed tantum de colonia Romana, cum de urbe Graeca nihil omnino traditum sit; sed in illa et in urbe et in suburbio Cenchreorum religiones Aegyptiacas maxime floruisse Pausanias testatur II 4, 6: *ἐς δὴ τὸν Ἀκροκόρινθον τοῦτον ἀνιοῦσίν ἐστιν Ἴσιδος τεμένη, ὧν τὴν μὲν Πελαγίαν, τὴν δὲ Αἰγυπτίαν ἐπονομάζουσιν, καὶ δύο Σαράπιδος ἐν Κανώβῳ καλουμένου τοῦ ἑτέρου.* Distinguuntur Aegyptia et Pelagia Isis, altera ea, quam coniunctam cum Serapide Aegyptio ritu cultam paene in omnibus oppidis invenimus, altera etiam Pharia nominatur a celeberrima illa pharo Aegyptiaca, quae deae dedicata erat. (Ov. met. IX 773: *Isi Paraetonium Mareoticaque arva*

Pharonque quae colis . . . C I G add. 4944 b: *Ἶσιν τὴν ἐν Φίλαις προσκυνήσας . . . ἀπογραφεὺς ἐγὼ παρὰ Φαρίᾳ Ἴσιδι* . .) Ita Isis dea maris et nautarum facta est, quae hoc cognomine undique colitur. Quae Isidis virtus etiam in hymnis Isiacis perhibetur: XII 5, 739 v. 35 (I. s. a. Chr. n.) *ἅδε θαλάσσας πρᾶτον ἐν ἀνθρώποισιν περάσιμον ἤνεσα μόχθον* (cf. v. 145) et app. v. 19: *ἐγὼ θαλάσσια ἔργα εὗρα.* Confer etiam quod Tac. Ger. 9 de signo Isidis Sueborum in modum liburnae figurato dicit. In cultu Isim Phariam praesertim temporibus imperatorum invenimus. Sed Bybli (Jour. d'arch. num. IV 42, 650) iam annis 175—164 et 27 a. Chr. n. (p. 47) nummi tales Isiaci signantur. Romae Isidis navigium die III a. non. Mart. celebratur (C I G I p. 338) cf. etiam Iuven. XII 27: *et quam votiva testantur fana tabella plurima; pictores quis nescit ab Iside pasci.* Nummi Isim Phariam semper fingunt velum ventis inflatum prae se tenentem; saepe in prora navis stat.

Quam imaginem etiam Corinthi multis in nummis videmus: Plotinae, uxoris Traiani (M. II 179, 296) Antonini pii (M. Suppl. IV 88, 592) Luci Veri (Cenchreis: Imh.-Blum. Gard. Jour. o. H. st. VI 66) Plautillae, uxoris Caracallae (Cohen IV 2, 250, 46); inscriptionis *Εἴσιδι Πελαγίᾳ Εὐακόῳ* dedicatae notitiam Villoison dedit: *Hist. de l'acad. des inscr. tom. 47 mém. de litt. 306.* Inscriptio autem ipsa ubique neglecta est.

Contra in nummo Hadriani (M. Suppl. IV 81, 546) Isis d. sistrum s. vas tenet, quam iam optimo iure Isim Aegyptiam nominamus. Duas igitur a Pausania memoratas deas etiam in nummis repperimus. Itaque nobis ei fidem habere licet etiam quod memorat duorum Serapidum templa ibi fuisse. E quibus fortasse is, qui simpliciter Serapis nominatur, deus nobis notus est atque alter cognomine *ὁ ἐν Κανώβῳ* praeditus post alterum Corinthi conditus est. Canobi erat Osiridis templum sanctissimum: Ditt. O G I 56 (decretum Canobicum) v. 49 sqq.: . . *ἱδρῦσαι τὴν*

θεὰν (i. e. *Βερενίκην*) *μετὰ τοῦ Ὀσίριος ἐν τῷ ἐν Κανώπῳ ἱερῷ, ὃ οὐ μόνον ἐν τοῖς πρώτοις ἱεροῖς ἐστιν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν πάντων ἐν τοῖς μάλιστα τιμωμένοις ὑπάρχει καὶ ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἱεροῦ πλοίου τοῦ Ὀσείρεος εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν κατ' ἐνιαυτὸν γίνεται.* Quod templum idem est atque Serapidis a Strabone commemoratum (XVII 801), in quo deus aegrotis per somnia medebatur. Itaque factum est, ut deus etiam alibi hoc nomine[22]) coleretur nempe simili modo quo Canobi: Carthagine (C I L VIII 1003) Alexandriae (C I G 4683) Romae (XIV 1030); ita etiam Corinthi in altero templo colebatur; fortasse igitur etiam ibi deus aegrotis per somnia medebatur.

Praeter haec fana ad arcem sita Pausanias etiam Cenchreis Isidis templum commemorat (II 2, 3): in altero latere portus esse sacra Apollinis et Veneris; *κατὰ δὲ τὸ ἕτερον πέρας τοῦ λιμένος Ἀσκληπίου καὶ Ἴσιδος ἱερά*; in medio portu stare statuam Neptuni in aggere. Hunc portum reddit nummus Antonini pii (M. Suppl. IV 88, 593; imaginem bonam dat Hitz.-Blüm. Paus. tab. XVI 6), qui medio in portu Neptunum ostendit et in utraque parte ultima molis, quae portum cingit, templum, ex quibus alterum iure Isidis designatur. Quae Isis sine dubio Pharia est (cf. nummum Hadriani antea citatum).

Hoc loco narratio tractanda esset, quam Apuleius, met. XI, VIII sqq. de die festo Isidis Cenchreis acto narrat. Sed quamquam fieri potuit, ut Isis ibi hoc modo coleretur, tamen tenendum est Apuleium fabulam narrare neque igitur eius interesse diem festum revera Corinthi ita actum esse, sed narrat, quae sua aetate fere ubique agerentur. Itaque ex usu esse putavi hanc narrationem non hic sed postea, ubi cultum Graeciae comprendam, afferre.

[22]) Quod cognomen ita clarum erat, ut Callimachus solo nomine *τῷ Κανωπίτῃ θεῷ* Serapim appellet (epigr. 55).

IV. De Iside Phliunte culta Pausanias II 13, 7 tradit: *Διονύσου σφίσιν ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, ἔστι δὲ καὶ Ἀπόλλωνος καὶ ἄλλο Ἴσιδος*; statuas ceterorum numinum omni populo licere videre, Isidis nemini nisi sacerdoti, cui praecepto iam Tithoreae occurrimus.

V. Argis nummus Hadriani (Cat. of Gr. coins Pelop. 148, 151; pl XXVIII 13) ostendit deam in solio sedentem, quae puerum tenet. Quam fortasse recte Isim Horum tenentem interpretamur; neque enim attributa eius distinguere possumus; accedit quod Isim Horum tenentem in Graecia non vidi nisi in nummo Philadelphiae Lydiae. (B. v. Head 552.) Isim autem Argis cultam esse posteriores nummi demonstrant Antonini pii, Commodi, Septimi Severi, J. Moesae, Mamaeae[23]), qui Isim stantem fingunt d. sistrum s. situlam aut florem (nempe loti) aut hastam tenentem.

Cleonis: nummus Caracallae: Isis Pharia (B. v. Head 369. Imh.-Bl. monn. Gr. 159, 16) et Plautillae, uxoris Caracallae: Isis sistrum et vas ferens (Cat. of Gr. coins, Pelop. 155, 15).

Troezenae Isim cultam esse Pausanias II, 32, 6 refert, sed loco corrupto: *Τροιζηνίων γὰρ τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσιν ἔδειξεν* (i. e. Faunus) *ὀνείρατα ἃ εἶχον ἄκεσιν λοιμοῦ πιέσαντος Ἀθηναίους δὲ μάλιστα, διαβὰς δὲ καὶ εἰς τὴν Τροιζηνίαν ναὸν ἴδοις Ἴσιδος καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Ἀφροδίτης ἀκραίας*; hoc templum Halicarnassenses dedicasse, Isidis autem statuam urbem Troezeniorum. Locus ipse nondum correctus est; quem fere semper viri docti ita corrigere conantur, ut *διαβὰς δὲ καὶ εἰς τὴν Τροιζ.* separent ab *ναὸν ἴδοις*; sed forma *ναὸν ἴδοις* (vel *ἂν ἴδοις*) sine dubio postulat, ut ante *Ἀθηναίους* lacuna statuatur.

In urbe propinqua Methana documentis ipsis in secundum a. Chr. n. saeculum ducimur; scimus enim Methanam etiam Arsinoam appellatam fuisse et prae-

23) M. II. 234, 42. Suppl. IV. 243, 45. 246, 70. 247. 75. 254, 118. Jour. of H. st. VI 91 n. 30.

sidium Aegyptium habuisse (cf. H. v. Gärtrg. Thera I 164) IV 854 . . . *ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ [β]ασιλίσσης Κλεοπάτρας θεῶν φιλομ[η]τόρων κ[α]ὶ [τῶ]ν τ[έκ]νω[ν] αὐτῶν τοῖς θεοῖς το[ῖς] μεγάλοις [Τ]ι[μ]αῖος [τ]ῶν [φ]ίλων [κ]αὶ οἱ συναπο[στα]λέντες α[ὐτ]ῷ παρε[φ]ε[δ]ρε[ῦ]σαι ἐξ Ἀλ[εξ]ανδρείας ἐ[π]ὶ* . . . qui *θεοὶ μεγάλοι* sine dubio Serapis et Isis sunt, qui saepe cognomine *θεοὶ μέγιστοι* utuntur: Anaphae (XII 2, 247) Thebis Aeg. (C I G 4948) alibi; saepe Isis *θεὰ μεγάλη* nominatur. Accedit quod cultus Serapidis et Isidis ex altero horum temporum titulo notus est: IV 855: *Καλλίμαχος Ἀριστοδάμου Ξενοφάντα Τιμασικράτεος Ἀριστόδαμον τὸν υἱὸν Σαράπι Ἴσι.* Quem cultum nos etiam Paus. II 34 docet: *Ἴσιδος δὲ ἐνταῦθα ἱερόν ἐστιν*, cui Curtius, Pelop. II 442 lapides in sacello Panagiae inaedificatos tribuit.

Hermionae: Paus. II 34, 10: *ἔστι δέ σφισιν καὶ νῦν ἔτι ἱερὰ αὐτόθι* (in urbe vetere) . . . *Ἡλίῳ ναὸς καὶ ἄλλος Χάρισιν· ὁ δὲ Σαράπιδι ᾠκοδόμηται καὶ Ἴσιδι· καὶ περίβολοι μεγάλων λίθων λογάδων εἰσὶ. ἐντὸς δὲ αὐτῶν ἱερὰ δρῶσιν ἀπόρρητα Δήμητρι.* Qui locus semper ita accipitur, ut in urbe vetere templum Isidis et Serapidis situm esse dicat, in quo mysteria Cereris agantur. Sed hoc ex Pausania concludi posse nego; dicit enim: in urbe vetere etiam nunc templa sunt 1. Solis 2. Gratiarum 3. Serapidis et Isidis coniunctorum (Paus. clarius scripsisset: *ὁ μὲν Ἡλίῳ, ὁ δὲ Χάρισιν, ὃ δὲ Σαράπιδι καὶ Ἴσιδι*) 4. quartum fanum ibi situm sunt *περίβολοι* Cereris nullo modo ad templum deorum Aegyptiorum referendi.

Epidauri in Asclepieo sacellum Isidis et Serapidis fuisse videmus ex IV 1033 et 1041 *Ἴσιδι* et *Σεράπιδι Ἐπαφρόδιτος ἱερεύς* (primi quod ego viderim a. Chr. n. saeculi). Sacerdos, nempe Aesculapii, fortasse statuam dedicat. Vidimus Serapim aegrotis mederi. Isim hoc munere praeditam rarius invenimus; hymni nihil praebent (sed potuit in locis qui desunt esse). *Ἶσις Ὑγίεια* colitur Deli (B C H VI 339 anni 122/1). Cf. testimonium multo posterius Iohannis

Lydi (IV 45) qui bonis ex fontibus haurire solet, qui Isim *δοτεῖραν ὑγιείας* nominat. Itaque cum cultu quem nobis tituli Epaphroditi praebent coniungo, quod Pausanias II 27, 7 narrat: *Ἀντωνῖνος ἀνὴρ τῆς συγκλήτου βουλῆς .... ἐποίησε δὲ καὶ Ὑγιείᾳ ναὸν καὶ Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι ἐπίκλησιν Αἰγυπτίοις*. Non interest decernere, utrum hic Antoninus imperator sit necne (cf. Frazer ad hunc locum). Ex iis quae supra dixi verisimile est haec numina eadem esse atque Serapim et Isim, quibus Apollo i. e. Horus additus est. Fortasse cum iis coniuncta colebantur aut temporibus imperatorum in locum eorum successerunt.[24])

Inscriptiones laudatae Epaphroditi portant signa et numerum; Isidis, quod sistrum putatur, et $\bar{M}$, Serapidis, quod sol, et *λθ*. Sed quamquam opera data sistrum agnosco solem ego non video. De talibus symbolis Epidauri inventis diligentius Blinkenberg, Mitt. Ath. XXIV 389 disseruit, qui ea esse symbola et numeros inventariorum dicit, quae posterioribus temporibus factae sint.

VI. Aeginae in nummo Getae Isis est (Jour. of H. st. VIII 57).

VII. In Arcadiam cultus iam tertio aut altero a. Chr. n. saeculo venit, si inscriptionem Mantineae inventam recte his temporibus attribuimus B C H XX 158: *Φιλοκλῆ[ς] Σαράπι εὐχάν*. Sed ceteris ex urbibus cultus modo nummis ab imperatoribus signatis demonstratur: Thelpusae: Septimi Severi (M. Suppl. IV 295, 124): nota figura Isidis, ante quam ara ardet, et Phenei: Caracallae (M. Suppl. IV 287, 86): Serapis stans aut sedens, ante quem cerberus.

VIII. In Achaia multis in urbibus cultus aetate Pausaniae floruit, documenta priorum temporum nulla extant.

[24]) Neque vero opus est Aesculapium Memphitem afferre (cf. Clem. Alex. strom. I 21, 134 p. 399 et Amm. Marc. XXII 14). Is Memphites est Imhotep; de quo confer Erman, Aeg. Relig. 174 sq. et 237.

Aegirae Paus. VII 26, 7, postquam de Apollinis templo narravit: *Ἀσκληπιοῦ δὲ ἀγάλματα ὀρθά ἐστιν ἐν ναῷ καὶ Σαράπιδος ἑτέρωθι καὶ Ἴσιδος λίθου καὶ ταῦτα Πεντελησίου.* Aesculapii igitur templum ibi erat et in alia parte eiusdem regionis[25]) templum Serapidis et Isidis; neque vero putandum est Aesculapii et Serapidis Isidisque statuas uno in templo fuisse neque statuas illas tres in Apollinis templo ut Drexler dicit. Burae: Paus. VII 25, 9: *πεποίηται δὲ καὶ Ἴσιδι ἱερόν*. Aegii nummus M. Aureli coniungit Serapim et Fortunam (Jour. of H. st. VII 92), quam Isim esse verisimile est, praesertim cum alibi Aegii Fortuna non videatur. Itaque etiam nummum, in quo figura feminae sceptrum et cornu copiae tenet, Isidi attribuo.

Patris: Paus. VII 21, 13: *ἐν Πάτραις δὲ πρὸς τῷ ἄλσει καὶ ἱερὰ δύο ἐστὶ Σαράπιδος· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ πεποίηται μνῆμα Αἰγύπτου τοῦ Βήλου*. Quomodo autem duo Serapides distincti sint, decerni non potest. Ibi iam anno 32/1 nummus Cleopatrae (Cat. of Gr. coins, Pelop. 23, 14 sq. pl. V, 9) capitis ornatum Isiacum fert. Patris illa hieme Antoninum et Cleopatram hibernasse et ea de causa nummum signatum esse Schiller, Gesch. d. Kaiserz. I 126 Anm. 5 observavit.

IX. In Laconia et Messenia modo ex Pausania et nummis imperatorum cultum cognoscimus atque magni interest, quod Pausanias de Sparta dicit III 14, 5: *ἔστι δὲ καὶ Σαράπιδος νεώτατον τοῦτο Σπαρτιάταις ἱερὸν καὶ Διὸς ἐπίκλησιν Ὀλυμπίου*. Videtur *νεώτατον τοῦτο Σπαρτ.* quasi per parenthesim a Pausania addi. Quanto tempore post reliqua fana Serapeum conditum sit, quamdiu ante Pausaniam, non definitur. Sed hoc tamen dixeris religionem Aegyptiacam multo serius Spartam venisse quam Athenas aut in Cycladas, fortasse Romana demum aetate. Accedunt reliquiae sacerdotis Isiacae (Mitt. Ath. II 349 n. 99).

[25]) De *ἑτέρωθι* cf. Hitz.-Blüm. 406, 6.

Boeae: Paus. III 22, 13 . . *καὶ Ἀπόλλωνος ναὸς ἐν τῇ Βοιατῶν ἀγορᾷ ἐστιν καὶ ἑτέρωθι Ἀσκληπιοῦ καὶ Σαράπιδός τε καὶ Ἴσιδος*. De quibus Wide, Lacon. Culte 265: Serapim ibi cultum esse *im Verein mit Isis und Asclepios*. Sed Wide neglegit *τε* post *Σαράπιδος*. Serapidi et Isidi igitur proprium templum erat. Accedit nummus Iuliae Domnae (M. Suppl. IV 229, 51), qui Isim stantem d. sistrum s. vestem tenentem ostendit.

Oetyli Serapidis templum fuisse narrat Paus. IV 25, 10, ad quod Curtius, Pelop. II 23 reliquias in ecclesia servatas refert.

Messenae prope theatrum quod iam extat templum Serapidis et Isidis situm est: Paus. IV 32, 6.

Methonae nummi Isim ostendunt: Iuliae Domnae et Plautillae (Cat. of Gr. coins, Pelop. 117, 3; 5).

Asinae: nummum Septimi Severi affert Drexler p. 391 ex cat. Huber 39, 437, quem ego ipse non vidi.

Quae omnia cum circumspiciamus, videmus his in regionibus cultum non adeo pervulgatum fuisse; neque enim ullum documentum temporibus a. Chr. n. attribuendum est. Quamquam autem hae regiones non satis exploratae sunt (desunt omnino inscriptiones), tamen ubique idem videmus, quod Spartae: *νεώτατον τοῦτο ἱερόν*.

VI. Delus.

De nulla urbe plura et accuratiora scimus quam de Delo insula, cuius multa iam extabant monumenta, cum ipsum Serapidis fanum effossum est anno 1883, de quo rettulit H. Besnault: B C H VI 295 sqq.[26]), 316 sqq. Quando

[26]) Titulos ibi editos solis numeris significabo.

deorum Aegyptiorum cultus introductus sit, ne hic quidem scimus; primum documentum quod extat, rationes archontis Demaris (circa 180 a. Chr. n. B C H VI 20 sqq. 29 sqq. Ditt. I G 588) *Σαραπιεῖον* et *Ἰσιεῖον* saepius commemorant. Tunc igitur cultus iam florebat. Contra, quamquam Deli Ptolemaei a primis annis multum valebant, cultum iam prima tertii saeculi parte introductum esse non verisimile est, quod inscriptiones, praesertim rationes, tertii saeculi de dis Aegyptiis nihil afferunt. Primum igitur monumentum anno circiter 180 tribuitur, tum autem cultus iis annis maxime floret, quibus Athenienses insulam tenent; ab anno 136/5 (catalogus sacerdotum incipit vel a 140/39) usque ad initium primi a. Chr. n. saeculi continuus inscriptionum ordo servatus est, quae cultum illum Deli maximi momenti fuisse demonstrant. Neque vero post 88 ullum documentum extat, ut statuere possimus cultum deorum Aegyptiorum insula bis vastata non restitutum esse.

Cum igitur documenta fere omnia annis octoginta, quibus Athenienses insulam tenent, attribuenda sint, fieri potest, ut non singulas inscriptiones tractem sed omnibus coniunctis eruere coner, quae de dis Aegyptiis Deli cultis dici possunt. Proficiscendum est mihi a charta topographica, quam H. Besnault dat. Locus est planus in clivo montis Cynthii situs septentrionem vergens; mons a latere oriente exsurgit, a latere occidente in fauces profundas defertur. Praecipuum aedificium est templum loco paulo superiore situm quam planities, quod angiporto coniunctum est cum via principali fani lapidibus quadratis strata, cuius in lateribus statuae multae dis dedicatae positae erant. Quae via ad locum quadratum lapidibus stratum ducit, ubi complures sedes et bases extant. Sequuntur muri posteriorum temporum et tum spatium 20 m. largum, in quo nullus murus inventus est; post quod sedes quae se ad murum applicat; unde via lapidibus strata ad aedificium rotundum ducit alienum a dis Aegyptiis (quod Lebègue

Pauly-Wiss. IV 2473 Odeum nominat). In altero planitiei latere pavimentum tesselatum situm est, cuius inscriptio (B C H VII 280) non demonstrat, cui dedicatum fuerit.

Templum effossum H. B. *le temple des dieux étrangers* nominat atque putat hoc in templo et deos Aegyptios et Syrios simul cultos esse, quod loco effosso inscriptiones Isidi Serapidique et deae Syriae dedicatas *pêle-mêle* invenisset. Atque revera illi di eodem fano colebantur; neque vero uno templo uti poterant, praesertim cum dis Aegyptiis et Syriis proprii sacerdotes essent; accedit quod diversis temporibus Delum introducti sunt. Atque revera inscriptiones ad deos Aegyptios pertinentes, quas solas tracto, ad longe aliam nos deducunt opinionem. Serapieum commemoratur in inscriptionibus Demaris, Ditt. I G 588, 20 . . . *συντελ[έσαντα δὲ τὸ ἔργον . . .] Πύρρῳ ἐργολαβήσαντι ἐπισκευάσει τὸν οἶκον τὸν ἐν τῷ Σαραπιείῳ* et B C H VI p. 20 v. 155/6 . . . *τοῦ ἐν ναῷ . . . καὶ τοῦ ἐν Ἀσκληπι[εί]ῳ . . . . . . καὶ τοῦ ἐν Σαραπιείῳ* (cf. etiam v. 236); hic totum fanum ita appellatur. Templum autem ita nominatum invenimus B C H XIII 429: (*ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ*) *Σαράπιδος ῥοδίας* IIII *ἡμιροδίας ἓξ ποτήρια δέκα, ἃ παρελάβομε[ν] παρὰ Νικοδήμου Ἀναξαντέως* (qui est *κεχειροτονημένος ἐπὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἱερῶν χρημάτων*), ubi modo pars inscriptionis edita est; cum igitur *ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ* uncis rotundis inclusum sit, necesse est haec verba ex sensu reliquae inscriptionis sequi. Praeterea fieri potest, ut templum intelligendum sit in B C H XXVIII 159, quamquam hic etiam fanum designatum esse potest: *ξ]υλίνου Γ Ρ Ι . . . ωνος Ἀντιγόνου τ[. . . . τ]ῷ Σαραπιείῳ εἰλατίναι* (?) *ε[ἰ]ς τὰ κεράμια τὰ π . . .* (sequitur Asclepieum). Atque etiam Isieum commemoratur bis in eadem re, Ditt. I G 588, 230: [*ἐπισκευάσαι . . . . .*] *τὸν οἶκον τὸν ἐχόμενον τοῦ Ἰσιείου . . .* et B C H VI 20: . . .]*ου εἰς τὸν οἶκον τὸν πλησίον τοῦ Ἰσιείου κατεχρί[σθη . . .]* (sunt inscriptiones iam laudatae Demaris) utrique numini igitur templum proprium est, quod iam vi-

dimus Corinthi et habemus Romae (cf. tabulam, quam Lafaye dat).

Fuerunt autem ibi etiam alia templa et aedificia; quaerendum igitur est, quae numina Aegyptia ibi culta sint quaeque alia cum iis coniuncta. Di principales sunt *Σάραπις Ἶσις Ἄνουβις Ἁρποκράτης*, quibus multi tituli dedicantur; atque cum sacerdos ipse vel melanephori (de quibus postea) dis Aegyptiis aliquid dedicant, illi plerumque nominantur.[27]) Iis dedicatur a melanephoris et a patre statua sacerdotis.[28]) Hi di principales in proprio templo culti sunt; utuntur cognominibus: *θεοὶ σύνναοι* (9) et *θεοὶ σύνναοι καὶ σύμβωμοι* (1, anni 127/6), i. e. di in eodem templo et in eadem ara culti. Atque cum verisimile sit hos deos principali templo usos esse, his templum effossum adiudicem. Huic igitur templo titulus 11 attribuendus est: *Διονύσιος Ζήνων[ος . . . ἱερεὺς γενό]μενος ἐν τῷ ἐπὶ Ἰά[σονος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ]* (109/8) *τὸν πυλῶνα καὶ τ . . . καὶ τὸ λιθόστρωτο[ν . . . Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρπο]κράτει ἐπὶ ἱερέως Α . . . Κηφισιέως ἐπὶ ἐπιμ[—] Παιανιέως καὶ . . .* sacerdos his dis portam et locum lapidibus stratum dedicat aut templi ipsius restituti aut aedificii ad id pertinentis. *Τὸ λιθόστρωτον* num spectet ad quadratum illum locum lapidibus stratum, quem antea praedicavi, diiudicare non possumus.

Isdem dis attribuendum est proprium aedificium *τὸ παστοφόριον* (12): . . .*ος Λέκιου Λεύκιος Αἰμίλιος Ποπλίου . . . ου Ῥωμαῖος ὑπὲρ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων [καὶ τοῦ δήμου] τῶν Ῥωμαίων τὸ παστοφόριον καὶ τὰ χρ[ηστήρια ἐκ τ]ῶν ἰδίων ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων [καὶ τῶν θερ]απευτῶν Σεράπ[ι Ἴσι] Ἀνού[βι] Ἁρποχράτει.* Pastophori sacerdotes sacra sacellis inclusa portare solebant; *τὸ παστοφόριον* igitur est aedificium, in quo illi erant. Sed in talibus aedificiis etiam alios sacerdotes fuisse videmus Memphis, ubi in

[27]) 2. 6. 11. B C H VII 368. C I G 2297.

[28]) 3 (119/8) B C H XVI 483 (123/2) *Ἀθήναιον* II 134 (116/5).

pastophorio etiam *οἱ κάτοχοι* erant: Preuschen, Mönchtum u. Serapisk.[2] 11. Una cum hoc pastophorio *χρ[ηστήρια]* dedicantur; quod, si recte suppletum est, nihil ad oraculum spectat sed est suppellex. Quo anno Romani hoc dedicent, apertum fit ex altero titulo, qui ad pastophorium pertinet (4): ***Θεόφιλος Θεοφίλου Ἀντιοχεὺς μελανηφόρος τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς καὶ τὴν ἔγκαυσιν τῶν θυρῶν καὶ τοὺς προμόχθους τοὺς ἐν τοῖς τοίχοις καὶ τὰς ἐπ᾽ αὐτοῖς σανίδας ἀνέθηκεν Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρποχράτει ἐπὶ ἱερέως Σελεύκου τοῦ Ἀνδρονίκου Ῥαμνουσίου*** (112/1). Romani igitur aedificium ipsum dedicaverant, melanephorus ornatum donat (i. e. tectorium aedificii) picturam, quae est in parietibus et lacunari, picturam ianuis inustam mutulos et tabulas (quas in mutulis fuisse etiam Vitruv IV 2, 3 dicit).

Alio quoque communi nomine illi di utuntur (5): ***θεοὶ ἐπήκοοι***, di exaudientes, quod saepe dis datur. Di Aegyptii ita nominantur: Isis Deli (C I G 2300), Romae C I G 6005 et XIV 1027: *aram Isis exoratae*.

Cognomen ***σύνναοι*** autem etiam aliis dis datur: (26) ***Πρῶτος Πυθίωνος Κώιος σωθεὶς ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων Σαράπει Ἴσει Ἀνούβει Ἀπόλλωνι θεοῖς συννάοις . . . χαριστήριον***. Di ceteri iidem sunt, Apollo igitur Harpocrates est, quem cum Apolline comparatum iam Epidauri vidimus; in litteris semper Apollo loco Hori ponitur atque etiam in cultu coniunguntur: Deli altera in inscriptione Ditt. I G 764 ***Ἴσιδι Σωτείρᾳ Ἀστάρτει Ἀφροδίτει καὶ Ἔρωτι Ἁρφοκράτει Ἀπόλλωνι*** . . . Neapoli C I G 5793 ***Ἴσιδι Ἀπόλλωνα Ὧρον Ἁρποκράτην***. In Aegypto C I G 4839 (252—68 p. Chr. n.) . . . ***εὐχαριστήσας τῷ [Σαράπιδι] καὶ τῇ Ἴσιδι καὶ τῷ Ἀπόλλῳ καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς πᾶσι*** . . . Di ***σύνναοι*** Deli igitur iidem manserunt; idem statuimus de 22: ***Εὔτυχος Ἀπολλωνίου Νυμφαΐτης ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ υἱοῦ Εὐβούλου καὶ ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων πάντων Διὶ οὐρίῳ Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρφοκράτει θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις ἐπὶ ἱερέως Θεομνήστου τοῦ***

Θεογένου Κυδαθηναιέως, ubi Iupiter Urius necessario Serapis est. Alter quoque titulus soli ***Διὶ οὐρίῳ*** dedicatus in fano Serapidis inventus est (57). Urius de Iove nautas tuenti dicitur (cf. Anth. palat. XII 53, 7: ***καὶ Ζεὺς | οὔριος ὑμετέρας πνεύσεται εἰς ὀθόνας*** et alibi) atque titulus 22 revera ***ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων*** dedicatus est. Ad idem referam ***σωθεὶς ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων κινδύνων*** (26).

Loco illorum quattuor deorum saepe modo Serapis Isis Anubis afferuntur (in titulis annorum 135/4—111/0). Semel etiam cognomine ***σύνναοι*** utuntur (14); ara iis dedicatur C I G 2303. Haec igitur tria numina artius inter se coniuncta erant. Omnino enim in cultu Anubis maioris momenti est quam Harpocrates. Tribus illis dis additus est ***Ζεὺς Σωτὴρ*** (B C H VII 367): ***Διὶ Σωτῆρι Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι [Μ]αάρκος*** etc. ***κατὰ πρόσταγμα***. Ille deus igitur Serapis est, qui Deli eodem cognomine utitur (13) ***Ἀνούβιδι Ἡγεμόνι Σαράπι σωτῆρι Ἴσι σωτείρᾳ*** . . et Isis (Ditt. I G 764) ***Ἴσιδι Σωτείρᾳ Ἀστάρτει Ἀφροδίτει*** . . .[29])

Principem locum cultus Serapis obtinet; sacerdos eius nomine appellatur: II 985 saepius ***ἱερεὺς Σαράπιδος ἐν Δήλῳ*** et 32. Fanum eius nomine appellatur. Ei soli Corcyraeus quidam decimam lucri dedicat (46), Serapidi ***Ἐπιφάνῃ*** dedicatur ara (45 anni 122/1).

Sed Isis hominibus magis cordi est; itaque eam multo saepius adeunt multisque formis colunt. Affero cognomina eius:

Δικαιοσύνη: C I G 2295: ***Γάιος Γαΐου Ἀχαρνεὺς ἱερεὺς γενόμενος ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ*** (115/4) ***καὶ οἱ μελανηφόροι καὶ οἱ θεραπευταὶ Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ ἱδρύσαντο.***

---

[29]) Alibi hoc cognomine appellantur praesertim in Aegypto: Abydi (Jour. of H. st. 1902, 377: *Σάραπις Ὄσιρις μέγιστος σωτὴρ*) Isis saepe Philis Ditt. O G I 87. C I G add. 4930 b. d.) in urbe Tehneh (Ditt O G I 94) extra Aegyptum: Lindi Rhodi (XII 1, 932; 957) latine: Serapis conservator: Carnunti in Pannon. sup. (C I L III 11157).

Certum est huic Isidi proprium cultum fuisse. Cui dedicat 114/3 Milesius quidam *τὰ βήματα κατὰ πρόσταγμα* i. e. plantas pedum, de quibus postea (37).

Τύχη Πρωτογένεια: 43 . . . *ὀνειροκρίτης καὶ ἀρεταλόγος καὶ ἡ γυνὴ* . . . *Ἴσιδι Τύχῃ Πρωτογενείᾳ* . . . (115/4) cum Fortuna Isis multis locis coniuncta est; ut Isidi cognomen *Πρωτογένεια* daretur, effecit fortasse, quod narrabatur Isis maior natu filia esse: Diod. I 27, 4: *ἐγώ εἰμι ἡ τοῦ νεωτάτου Κρόνου θεου θυγατὴρ πρεσβυτάτη* (cf. hymnos Andriacum v. 14 et Iacum v. 11).

Νίκη: 44 *Νίκῃ Ἴσιδι Ἀριστίων Εὐδόξου Μελιτεὺς ἱερεὺς γενόμενος κατὰ πρόσταγμα ἱδρύσατο* (114/3); (forma dedicationis eadem est quae Iustitiae). Quod cognomen praesertim ex titulis latinis novi: Corfini (C I L IX 3144: *Isidi victrici sacr.* 5179: *Isi victrici Iunoni ex visu*). Ad quam referenda est Isis invicta, quae praesertim Coloniae Agrippinae colitur (cf. statuam: Erman, Aeg. Rel. 254, lapidem: Jahrb. d. Arch. Inst. IV 182*) cf. etiam amuletum *νεικᾷ ἡ Εἶσις* (XIV 2413, 5).

Ὑγίεια: 42 *Σέλευκος Ἀνδρονίκου Ῥαμνούσιος ἱερ. γεν.* (112/1) . . . *Ἴσιδι Ὑγιείᾳ*, quam iam Epidauri invenimus.

Νέμεσις: cui deae ab eodem sacerdote tres inscriptiones dedicatae sunt: 39 *Σωσίων Εὐμένους Οἰναῖος ἱερεὺς ὢν* (110/9) *ὑπὲρ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καὶ ὑπὲρ βασιλέως Νικομήδου ἀνέθηκεν τὸν ναὸν καὶ τὸ ἄγαλμα Ἴσιδος Νεμέσεως* . . . 40 idem *ὑπὲρ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καὶ ὑ. τ. δ. τ. Ῥωμαίων Ἴσιδι Νεμέσει.* 38 idem *ἱερεύων Ἴσιδι Νεμέσει.* Ille igitur praesertim Nemesim colebat; deinde Serapidis sacerdos factus (videbimus sacerdotem non ex cultoribus strenuis creari opus fuisse) etiam in cultu deorum Aegyptiorum suam deam venerari volebat; itaque ei et sacellum et statuam dedicat. Utebatur fundamento, quod Isis cum Nemesi comparari poterat. Cf. Ap. met. XI 5, ubi multa nomina deae, quae recte Isis nominatur, enumerantur, in quibus *Rhamnusia*. Smyrnae Serapis (C I G 3163) et Isis (nummus dubiae interpretationis: M IV 214 1191) cum Nemesibus coniuncti sunt.

Videmus Isim iure *μυριώνυμον* appellari. Sunt ei Deli etiam cognomina: C I G 2300 *Ἴσιδι χρηστῇ ἐπηκόῳ Σέλευκος Σωκράτου εὐχὴν* . . . (122/1). Quo de titulo confer Conze, Wien. Acad. 1881 n. 98 p. 551 (quod ille de Aesculapio dicit, reiciendum est, quia titulus non Athenis sed Delo attribuendus est); est anaglyphum quod dicitur *Totenmahlrelief*, quae saepe Serapidi dedicantur ut deo inferorum; quod *tabula est votiva pro restituta valetudine Isiaca curatione* (Boeckh); quam ad rem cognomina quoque apta sunt: *ἐπήκοος* (exorata) et *χρηστή.*[30]) Praeterea commemoro Isidi sacellum dedicari (35): . . . *Ἀ]γίου Λαοδικ[εὺς [. . τ]ὸν ναὸν Ἴσιδι [ἐπὶ ἐπιμ]ελητοῦ τῆς [νήσου . . .]χου τοῦ Ἐπικράτου [. . .] ζακορεύοντος [. . .]ρχου Ἀντιοχέως [. . .]του*, ubi *ναὸν* per *ναΐσκον* interpretari debemus, i. e. sacellum, in quo deae statua in pompa portabatur.

Anubidi soli sacellum fuisse videtur ex 47: *Δημήτριος Διονυσίου Σιδώνιος τὸ κατάστρωμα Ἀνούβιδι κατὰ πρόσταγμα*, quamquam interpretatio verbi *κατάστρωμα* non certa est. Dicitur de constrato navis, sed etiam in architectura de tecto.[31]) Cognomina Anubidis nos ad chthonium cultum revocant; est enim *ψυχοπομπός*, qualis in tabulis Aegyptiacis temporum Graecorum saepissime apparet; in fabulis Isim duxisse narratur, cum Osirim quaereret. 13: *Ἀνούβιδι Ἡγεμόνι Σαράπι σωτῆρι Ἴσι σωτείρᾳ*; qua re primo loco ponitur. Ita etiam cum Mercurio comparatur; atque etiam Deli hoc nomine utitur (54): *Ἡρακλε[ῖ κ]αὶ Ἑρμεῖ.* Herculem esse Harpocratem postea apparebit. Et B C H XI 274: *Λαθροκλῆς* etc. *Πλούτωνι καὶ Κόρει Δήμητρι Ἑρμε[ῖ] Ἀνούβει*

---

[30]) Quo de cognomine dis dato cf. Her. VIII 111: *ὡς κατὰ λόγον ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες καὶ θεῶν χρηστῶν* (i. e. benignorum) *ἥκοιεν εὖ, ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας . . . καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον . . . Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην* et Evang. Lucae 6, 35: *ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηρούς.*

[31]) Bekker anecd. 269, 27: *καλαμίδας . . . ἢ τοὺς θηλυκοὺς καλάμους τοὺς πρὸς σύνδεσμον τῶν πλινθίνων καταστρωμάτων τῆς οἰκοδομίας.*

κατὰ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ. Valde hic titulus nos allicit, ut Plutonem Serapim, Proserpinam Cererem Isim esse dicamus; neque vero Isis eodem tempore et Proserpina et Ceres esse potest. Sed puto rem se ita habere: in fano Serapidis arae et statuae Plutonis Proserpinae Cereris Mercurii positae erant (*καὶ* inter Plutonem et uxorem denuntiat artiorem coniunctionem), quorum cultus ad Anubidis accessisse videtur; praeterea Serapis semper cum Plutone comparatur.

Eodem modo quo Isis etiam filius eius Harpocrates[32]) hominibus cordi erat, qui cum plurimis dis confusus est. Ita videmus eum, quod maxime mirum est, eundem atque Herculem. Hoc factum esse ex aliis locis videmus. Certissimum hoc fit ex basi musei antiquitatum Aegypt. Berolin. (Ausf. Verzeichn.[2] 330, 10231): *Η*[.............] *ΣΤΟΥΛΑΤΟΣ|ΣΥ* [...] *γοσου προστατήσας τὸ Lδ καὶ ἑL ἀνέθηκε παρ' ἑατοῦ θεὸν μέγαν Ἡρακὴν* (sic) *καὶ Ἀρποχράτην. Lε Καίσαρος Φαμενοθ ἑ.* Unius dei statuam dedicatam esse ex duobus oblongis foraminibus pedum certissime videmus. *Καὶ* igitur in inscriptione ita interpretari opus est ut alibi *ὁ καὶ* (cf. C I G 4893) Hercules igitur est Harpocrates. Itaque etiam clava Herculis Harpocrati attribuitur (Ausf. Verz.[2] 362, 10516 et Jahrb. d. Arch. Inst. XIV 151). In Graecia Prienae ita cultus videtur: Inschr. v. Priene 194 ... *νεωκορῶν Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρποκράτει Ἡρακλεῖ ἀνικήτῳ.* Inscriptio igitur Deliaca *Ἡρακλεῖ ἀλεξικάκῳ* dedicata (53) optime ad Harpocratem apta est. Tum etiam titulus iam antea citatus *Ἡρακλεῖ καὶ Ἑρμεῖ* ita declarari potest: *Ἡρακλεῖ τῷ καὶ Ἁρφοκράτῃ καὶ Ἑρμεῖ τῷ καὶ Ἀνούβιδι.*

Cum Amore Harpocrates confusus est: Ditt. I G 764: *Ἴσιδι Σωτείρᾳ Ἀστάρτει Ἀφροδίτῃ καὶ Ἔρωτι Ἁρφοκράτει*

[32]) Quod nomen forma spiritu leni praedita *Ἀρφοκρ.* aut *Ἀρποχρ.* in Graeciam venisse docuit W. Schulze: Zeitschr. f. vgl. Sprachf. N. F. XIII 2, 238.

Ἀπόλλωνι; καὶ ita interpretor: *Ἰσ. Σωτ. Ἀστ. Ἀφρ.* alterum numen est compluribus nominibus appellatum et *Ἐρ. Ἁρφ. Ἀπ.* alterum. Artifices eum saepe ita fingunt, sed etiam in cultu alibi reperitur: Arch. Epigr. Mitt. a. Oest. II 193 Val. Lagarina: *Εἶσις Τύχη Ἔρως.* Puer Horus enim ad Isim, quae saepenumero Venus est, eodem modo spectat ut Amor ad Venerem.

Restat ut etiam de dis qui quattuor illis numinibus additi sunt verba faciamus: Horus et Osiris coluntur: Ditt. I G 766 *Ὥρῳ κατὰ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ Κτησίππος Κτησίππου Χῖος μελανηφόρος* et C I G 2294: *Ἴσι* idem. Melanephorus idem igitur Isidi et Horo aliquid dedicat; quae Isis fortasse cum illo Horo coniuncta est. Idem de Osiride dicendum est; nam idem sacerdos *Διονύσιος Μηνίου Παιανιεύς* (119/8) tres inscriptiones dedicat: (2) *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρφοκράτῃ,* (33) *Ἴσιδι,* (51) *Ὀσίριδι.* Sacerdotio igitur finito ille et quattuor dis coniunctis aliquid dedicat et Isidi et Osiridi; quae Isis fortasse cum illo Osiride coniuncta est. Praeter deos principales igitur etiam illa tria numina (*Ὄσιρις Ἶσις Ὧρος*) ex Aegypto Delum transmigraverunt (cf. quae dixi Athenis). Osiris etiam B C H VI 502 extat: *κατὰ πρόσταγμα Ὀσείριδος,* ubi loco Serapidis positus esse videtur; sed de hac inscriptione postea.

Alium deum Aegyptium Ammonem (52) huic cultui adiungi non miramur; nam, quamquam alibi eorum cultus diligenter secernendi sunt (cf. exempli causa Athenas), tamen Deli in tam florenti cultu Serapidis et Isidis, nisi proprius Ammoni cultus erat, ille iis optime adiungi potuit.

Dianae Hecatae ara in templo fuit (59, 60, qui duo tituli eandem inscriptionem referunt) *Ἀθηναγόρας Ἀθηναγόρου Ἀθηναῖος Ἀρτέμιδι Ἑκάτει.* Videtur ad Isim adiuncta esse, ut Rhodi quoque Isidis loco posita est: XII 1, 742: ... *Ἑκάτᾳ Σαράπιδι χαριστήριον* ... neque parvi momenti fuisse puto Hecatae cultum Deli floruisse in insula, quae *Ἑκάτης νῆσος* nominabatur.

Eodem modo propinquitas locorum ad colendum Iovem Cynthium in fano Serapidis valuit: (23) *Διὶ Κυνθίῳ Σαράπιδι Ἴσιδι κατὰ πρόσταγμα* ... facile igitur fieri potest, ut etiam titulus 58 *Διὶ Κυνθίῳ καὶ Ἀθηνᾷ Κυνθίᾳ* dedicatus, qui in fano deorum Aegyptiorum inventus est, ad hunc cultum referatur.

Bacchi statuam poni deus iussit: *Ἀθήναιον* IV 457 (B C H VI 479) *Διονύσῳ καὶ Σαράπι οἱ συμβαλόμενοι κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ. Οἱ συμβαλόμενοι* sunt ii, qui semel ex suis rebus pecuniam contulerunt, ut Bacchi cum Serapide coniuncti statuam aut aram dedicarent.

Etiam Dioscuri ibi aram aut statuam habebant: C I G 2302: *Πόπλιος ....ου Τουτώριος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἰδίων Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρπο[κ]ράτει Διοσκούροις* ... (118/7), qui etiam alibi cum dis Aegyptiis coniuncti sunt: cf. Pergamum. Saepe in lucernis (Beger, lucern. II 8 et C I G 8514, ubi paene alter Dioscurorum Harpocrates videtur). Coniunguntur ea de causa, quod etiam Serapis et Isis *θεοὶ σωτῆρες* sunt.

Locorum propinquitate etiam inscriptiones, in quibus di Syrii cum Aegyptiis coniuncti sunt, explicantur: Ditt. I G 764: *Ἴσιδι Σωτείρᾳ Ἀστάρτει Ἀφροδίτῃ καὶ Ἔρωτι Ἁρφοκράτει Ἀπόλλωνι* (cf. pag. 46 sq.); B C H VI 502: *κατὰ πρόσταγμα Ὀσείριδος Διὶ τῷ πάντων κρατοῦντι καὶ Μητρὶ Μεγάλῃ τῇ πάντων κρατούσῃ* ...; hoc quidem mirum est Osirim (loco Serapidis positum) iussisse dis Syriis aliquid dedicari. Tertium documentum iam H. B. recte explicavit (24): *κατὰ πρόσταγμα Σαράπιος Ἴσιος Ἀνούβιος Ἀφροδίτης Ἀπολλώνιος Ἀσκληπιοδώρου ὑπὲρ* etc. *τὴν ἀνάβασιν καὶ τοὺς τοίχους ἕως τοῦ ναοῦ ἐπὶ ἱερέως Ζήν[ωνος] Διοσκουρίδου Λα[μπτρέως]*, cum dicit iuxta deos Aegyptios Venerem (i. e. Astartem) iussisse scalas et muros dedicari, quod ea templum Veneris et Serapidis coniungebant. Atque inscriptio bis insculpta erat (24 et 25), quarum altera sine dubio in Astartis altera in Serapidis templo posita erat.

Duo numina, quorum documenta in hoc fano inventa sunt, omnino ignota sunt, 23: *Στερτίνιος Σπορίου Ῥωμαῖος Ὑδρέω[ι] ἐπηκόῳ χαριστήριον ἐφ᾽ ἱερέως Θεομνήστου Κυδαθηναιέως ζακορεύοντος Νυσίου* (qui sacerdotes Serapidis sunt; cf. 22) et 61: *Ἀριστίων Ἀλεξάνδρου Ἀντιοχεὺς Μελλάνῃ ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν τέκνων ἀττικοῦ ν′.* Nomen *Μελλάνῃ* accurate distingui posse H. B. dicit. (Similes tituli 62—64 nomine dei carent.) Neque debemus *λ* delere, quia ne *Ἶσις μελανόστολος* quidem breviter *Μελάνη* dici potest.

Vidimus igitur multo plura aedificia loco templi *des dieux étrangers* fuisse opus esse, quamquam fanum dis Aegyptiis et Syriis commune fuisse videtur. Omnes reliqui loci sane referti erant statuis titulis aris sedibus; e quibus duarum dedicationes iam extant, altera a sacerdote anni 118/7 Serapidi Isidi Anubidi Harpocrati dedicata (6), altera num Serapidis fuerit nescimus (66). Neque magis scimus, num 67: *Πόπλιος* etc. *τὸ λιθόστρωτον καὶ τὰς κινκλίδας ἐπὶ ἱερέως Ἀπολλοδώρου τοῦ Ἀπολλοδώρου Κρωπίδου, κλειδουχοῦντος Ποσειδωνίου τοῦ Γηροστράτου, ζακορεύοντος Νικίου*, Serapidis templo attribuenda sit. Gradus scalarum dedicat Hipponicus post 105/4 praeter alias res: B C H VII 368: *τὰς ψαλίδας καὶ τοὺς βωμοὺς καὶ τὴν ἀνάβασιν* Serapidi Isidi Anubidi Harpocrati. Neque vero scio, quo fornices spectent.

S a c e r d o t e s. Praeerat cultui sacerdos, qui temporibus Atheniensium ex nobilibus familiis Atheniensibus creabatur. Neque opus erat eos strenue et pie Serapidi et Isidi servisse; nam qui hoc anno Serapidis sacerdotes erant, illo Dianae, Apollinis, Dioscurorum fiebant. Sed Ferguson, *the Athenian archons of the third and sec. cent. bef. Chr.* Cornell, studies in class. phil. X (cf. Classical Philol. 1906) demonstravit tribus, e quibus sumebantur, certum ordinem sequi et eum scribarum Atheniensium. atque ita sacerdotes Serapidis a 137/6 ad 111/0 statuit ex indice sacerdotum

(78. B C H XVII 146). Sed praeter eos magnus numerus sacerdotum extat: II 985 praebet sacerdotes annorum 102/1 [. . .]ράκων, 101/0 *Δ* . . ., 100/99 *Θεόβιος Διονυσίου Ἀχαρνεύς*, fortasse 96/5 . . . *Διοφα[ν* . . ., 95/4 *Εὐ[κταῖος] Ε[ὐρυπτολέ]μου* (?) *Εἰτεαῖος*.[33]) Ferguson usque ad 104/3 demonstravit scribas certum ordinem sequi; sed iam anno 100/99 neque scriba neque sacerdos ordini illi respondet (cf. Kirchner, Gött. Gel. Anz. 1900) atque sacerdotum ordo iam 105/4 interceptus est: B C H VII 368: *Ἱππόνικος Ἱππονίκου Φλυεὺς ἱερ. γεν. καὶ Μύστιον Ἡρακλείδου Παιανιέως θυγατὴρ κανηφορήσασα ἐν τῷ ἐπὶ Μενοίτου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρποχράτει ἐπὶ ἐπιμελητοῦ τῆς νήσου Σωκράτους*[34]) *τοῦ Ἀριστίωνος ἐξ Οἴου*. Hipponicus videtur Menoete archonte (105/4) sacerdos fuisse; quamquam *ἐν τῷ ἐπὶ Μ. ἀρχ. ἐνιαυτῷ* iuxta *κανηφορήσασαν* positum est, tamen etiam ad sacerdotem referendum sit, praesertim cum canephora alterius viri filia sit, quam munere functam una cum sacerdote munere functo dedicasse consentaneum est. Hoc autem anno tribus Ptolemais creanda erat, est autem Cecropis, quae demum 102/1 (quo anno . . .]ράκων sacerdos est) et 90/89.

Certum annum etiam Dionysio Zenonis Kirchner dedit (11): *Διονύσιος Ζήνων[ος Κηφισιεύς* (Kirch.) *ἱερεὺς γενό]μενος ἐν τῷ ἐπὶ Ἰά[σονος ἄρχοντος ἐνιαυτῷ]* . . . *ἐπὶ ἱερέως Δ* . . . *Κηφισιέως ἐπὶ ἐπιμ[ελητοῦ* . . .] *Παιανιέως καὶ* . . . Iason est annus 109/8, cui Ferguson falso *Δ* . . . *Κηφ.* tribuit. Idem sit qui *Δ* . . . anni 101/0, quem fortasse recte Kirchner (Gött. Gel. Anz. 1900, 472 § 76) cum sacerdote *Ἀθηναγόρας* . . . *ελεν* . . . *Κηφισιεύς* composuit. Anno 109/8 Dionysius sacerdotio fungebatur. Post 109/8 ponendi sunt:

Κυδήνωρ Διονύσου Μελιτεύς: *Ἀθήναιον* IV 458: *Ἀθηναγόραν Ἀθηναγόρου Ἀθηναῖον Ἀθηναγόρας καὶ Μηνίας οἱ Ζήνωνος τοῦ Ἀθηναγόρου Ἀθηναῖοι τὸν ἑαυτῶν θεῖον* . . . *ἐπὶ ἱερέως Κυδήνορος* etc. *Ἀθηναγόρας*, qui dedicatur, anno 126/5 sacerdos Serapidis erat.

33) D 11. *E* 7; 57. p. 457 v. 5. *E* II 47.

34) Kirch. in Pros. Att. Socrati epimeletae annum 105/4 dat, quo Hipponicus sacerdos est; necessario autem post hunc annum ponendus est.

Μᾶρκος Ἐλευσίνιος (52) dedicat pro salute Ptolemaei octavi. *Θεόμνηστος Θεογένου Κυδαθηναιεύς* (22, 23) est anno 101/0 *ἱερεὺς Ἀρτέμ[ιδος ἐν Δήλῳ]*.

Δίκαιος Δικαίου Ἰωνίδου (68 et *Monum. gr. publ. par l'assoc. pour l'encouragement des ét. gr.* 1879, 40 sq.[35]) qui sacerdos est *ἐπὶ Κλ* . . . *ου ἄρχοντος* (qui in Kirch. Prosop. non extat), dedicat Sotiram (apud Kirch. n. 217 filiam sacerdotis); atque Eutychides, qui statuam fecit, etiam in statua anni 116/5 nomen subscripsit.

Temporibus fortasse ante imperium Atheniensium attribuendus est *ΚαλοΔΡΥΣ* (?) (*Ἀθήναιον* IV 157), si recte lectus est.

Nihil certi dicere possumus de sex sacerdotibus, qui sunt: 1. *Φιλοκράτης* (30), quem de Schoeffer, de Deli ins.

35) Ibi Homolle tres titulos ad Serapidis cultum spectantes publici iuris fecit, qui ab omnibus neglecti sunt.

1. Cf. *Ἀθήναιον* II 134: . . . . *ιον Ζωΐλου τὸν ἑαυτῆς πατέρα Ζώϊλον Πασιγένου* . . . . *ευτην Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι· ἐπὶ ἱερέως Διονυσίου τοῦ Διονυσίου Σφηττίου. Εὐτυχίδης ἐποίει.*

2. *Une base de forme quadrangulaire, en marbre blanc (haut. 0,75, larg. 0,47)* *[οἱ μελανηφ]όροι καὶ ο[ἱ θεραπευτ]αὶ Εὐ[κράτην Διονυσί]ου τοῦ Σεύθου Παιανι[έα, κλειδου]χήσαντα ἐν τῷ ἐ[πὶ] Κλ*...*ου ἄρχοντος ἐνιαυτῶ[ι], ἱερέως δὲ Δικαίου τοῦ Δικαίου Ἰωνίδου, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς καὶ τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας· Σαράπιδι [Ἴ]σιδι Ἀνούβιδι Ἁρποχράτει. κανηφορούσης Δωσιθέας τῆς Στράτωνος Ῥαμνουσίου θυγατρὸς. Εὐτυχίδης ἐποίει. ζακορεύοντος Ἀπολλωνίου.* *Dans quatre couronnes:* a) *Ἀνίου καὶ Νίκης.* b) . . . . . . *Σαράπιδος.* c) *ἐνεγκ*. . *τὴν εἰρυσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι* d) *Ἀρτέμιδος τῆς ἐν Νήσῳ*

3. . . . . . *Σατύ[ρ]ου Ἑρμι* . . . . *ς θυγατέρα Σωτεῖρα καὶ [Ζ]ήνων καὶ Σάτυρος οἱ [Ἀθηνα]γόρου Μελιτεῖς τὴν ἑαυτῶν μητέρα Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι. ἐ[πὶ] ἱερέ[ω]ς Δικαίου τοῦ Δικαίου Ἰονίδου, κλειδ[ουχοῦ]ντος δὲ Εὐκράτου τοῦ Διονυσίου τοῦ Σεύθου Παιανιέος, κανηφορούσης δὲ Δοσιθ[έας Στρ]άτονος Ῥαμνουσίου θυγατρός. ζακορεύον[τος] Ἀπολλωνίου τοῦ Δικαίου* *(en plus petits caractères).*

reb. cum *Φιλ[........] ιλ[.....]ου Ἀθηναῖος* (31) composuit. Mirum autem est eum *Ἀθηναῖον* nominari. 2. ***Μένανδρος Ἀρτέμωνος Ἀλωπεκῆθεν*** (Keil, Mus. Rhen. XIX 256), lapis Athenis inventus in domo mulieris pauperis, sed qui sine dubio Deli insculptus est. Quem ego quidem, quia omnes fugit, hic appono: ***Ἴσιδι Σαράπιδι Ἀνούβιδι Ἁρποκράτῃ [Μ]εγαλλὶς Μάγα[36]) Μαραθωνίου θυγατὴρ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Δημαρίου καὶ [τ]ῶν υἱῶν [αὐτῆς] κατὰ πρόσταγμα ἐπὶ ἱερέως Μ. [τ]οῦ Ἀρ. Ἀλ. κλε[ι]δουχοῦντος Ἀσωποκλέους Φλυέως [ζ]ακορεύοντος Σωσικράτου Λαοδικέως, κρίνοντος τὰ ὁ[ρ]άματα Διονυσίου Ἀντιοχέως.*** 3. *Ζήνων Διοσκορίδου Λαμπτρεύς* (24). 4. ...***Κ. Ν...*** (8). 5. ***Λέων Ἀγαθάρχου Μαραθώνιος*** (16). 6. *Ἀθηνάδης* ... ***Κυδαθηναιεύς*** (9 et B C H VIII 135, 2).

Non certo scimus, utrum ad Serapidis cultum pertineant necne: 1. ...*κλῆς Ζήνωνος* (68) *ἐπὶ Θε[οκλέους* (Wilam.) *ἄρχοντος*] 102/1. 2. *Ἀπολλόδωρος Ἀπολλοδώρου* ***Κρωπίδης*** (67). 3. *Φιλόξενος Φιλοξένου Σουνιεύς* (B C H VII 280).

Iuxta sacerdotem claviger (***κλειδοῦχος***) munere suo fungebatur ipse quoque civis Atheniensis unumque in annum creatus. Addendi sunt ad indicem eorum Schoefferi ***Ἀσωποκλῆς*** (in titulo Athenis invento) et fortasse ***Εὐβουλίδης Διοσκορίδου*** *Ἐλαιούσιος* (58) quem ille inter Iovis Cynthii clavigeros numerat.

Canephori, quae ex nobilibus familiis creantur, hic aliter atque Athenis quotannis modo una esse neque ad certum diem festum electa sed per totum annum munere fungi videntur; nam 52 iuxta sacerdotem et clavigerum ***κανηφορούσης δὲ Πρωτογενείας τῆς Ἀριστέου Μαραθωνίου θυγατρὸς*** legitur. Ad indicem Schoefferi adde ***Δωσιθέαν Στράτωνος Ῥαμνουσίου*** (*monum. gr. publ. par l'assoc. pour l'encour. des ét. gr.* 1879, 40) et dubiam (9 et B C H VIII 135 Anm. 2) ***...ρ]ούτιδος.***

[36]) Hoc igitur nomen in nummis ad ducem exterum spectare non opus est.

Contra custodes templi (***ζάκοροι***) peregrini sunt. Ante tempora Atheniensium in inventario Demaris (B C H VI 24, 196) ***νεωκόρος*** nominatur; videtur igitur idem munus temporibus Deli liberae aliter atque Atheniensium nominatum esse. Zacorus saepius magistratu fungi poterat: 35 *ζακορεύοντος [...]ρχου* ***Ἀντιοχέως*** *[τὸ .....]* ***τὸν*** (supplendum est ***τέταρτον*** vel superior nummus) et 46: ***ζακ. Εὐόδου τὸ ὀκτωκαιδέκατον.*** (Neque vero certum est hunc titulum Serapidi tribui.) Praeter quos adde ad indicem Schoefferi ***Σωκράτην Λαοδικέα*** (in titulo Athenis invento).

Cultus ipse: valde dolemus, quod ex tot inscriptionibus tam pauca de cultu ipso discimus. Cum deos veneraturi ad templum accederent, inscriptio (79) magnis litteris in saxo insculpta iis apparuit: ***ἀπ' οἴνου μὴ προσιέναι μηδ' ἐν ἀνθινοῖς.*** Sobrii iubebantur illa loca sancta adire et veste candida iuduti, neque solum sacerdotes, qui semper deae ita serviebant, sed omnes qui hunc locum adibant. Certe multi praeceptum hoc secuti veri cultores dei putabantur, sed, quod ex magno dedicationum numero concludi posse puto, multi deos pie colebant et ad mores Aegyptios confugiebant, quia Graeci iis non satisfaciebant. Putabantur enim omnia quae ad Aegyptum pertinebant sancta esse, quoniam Graeci summam veterum rerum Aegyptiarum reverentiam et verecundiam prae se ferebant. Ita sane etiam statua Aegyptia litteris Aegyptiis inscripta verecundissime et fortasse modo a certa cultorum classe aspiciebatur[37]), quamquam nullo modo ad cultum spectat. Est statua sepulcralis cantatoris *Nś-Nb.t-ḥ.t*, filiae magistri domuum (*ḫrp-ḥ.t*), quae temporibus Saiticis attribuenda esse videtur; neque vero femina illa in cultu Aegyptio Isidis fuit neque ea de causa Delum transportata est, sed

[37]) B C H VI 314 sqq. inventa est post exedram, ubi H. B. sacellum Isidis fuisse opinatur.

fortasse ab Aegyptio quodam allata est et ut res Aegyptia in templo deorum Aegyptiorum collocata; fortasse etiam sacerdotes hac statua utebantur, ut cultum sanctiorem redderent. Quod in Italia et praesertim Pompeis fuisse notum est. Eodem spectant fortasse statuae stilo Aegyptio sculptae in fano inventae (B C H VI 312, 2 sq.).

In cultu deae aqua libabatur, quae ex fonte 116/5 a sacerdote dedicato sumebatur (69).

Saepe invenimus dedicationem factam esse *κατὰ (τὸ) πρόσταγμα* aut *κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ* (quod deus iusserat), etiam in titulis, in quibus complures di nominantur. Ita dedicatur *Ἀνούβιδι Ἡγεμόνι Σαράπιδι Σωτῆρι Ἴσιδι Σωτείρᾳ* (13), *Ὥρῳ* (Ditt. I G 766), *Διονύσῳ καὶ Σαράπι* (B C H VI 479) *Πλούτωνι καὶ Κόρει Δήμητρι Ἑρμεῖ Ἀνούβει* (B C H XI 274) *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι* (14); isdem etiam *κατὰ πρόσταγμα* omisso *τοῦ θεοῦ* dedicatur. Puto igitur semper eundem deum iussisse. At bis deus nominatur: B C H VI 502 *κατὰ πρόσταγμα Ὀσείριδος* et 24: *κατὰ πρόσταγμα Σαράπιος Ἴσιος Ἀνούβιος Ἀφροδίτης*; neque hoc (quomodo res in hac inscriptione se haberet iam antea dixi) neque illud ad deum illum spectare potest; neque enim Osiris adeo colitur. Sed videamus, quomodo *τὸ πρόσταγμα* datum sit: 16 *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι [Κοΐ]ντος Γαίου [κατ]ὰ πρόσταγμα διὰ ὀνειροκρίτου Μηνοδώρου Ἀγίου Νικομηδέως* ... somnio igitur deus praeceperat; quem modum semper valuisse duae aliae inscriptiones demonstrant: 30 *Ἴσιδι ... καθ᾽ ὅραμα* et in titulo Athenis invento dicitur *κατὰ πρόσταγμα* atque in fine tituli post alios sacerdotes additur: *κρίνοντος τὰ ὁράματα Διονυσίου Ἀντιοχέως*. Qui mihi quidem ea de causa additus videtur, quod somnium interpretatus erat, quo femina illa *τὸ πρόσταγμα* accepit. Etiam alios somniorum interpretes Deli invenimus, qui omnes peregrini sunt. Ad Schoefferi indicem adde praeter iam citatum *Διονύσιον Ἀντιοχέα* etiam *Ἀριστοκύδην Δημαρ[έ]του Δήλιον* (18). Somniorum igitur interpretatio ibi viguit; qua re statim ad Serapim ducimur qui,

quandocumque dicitur *κατὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ θεοῦ*, intellegendus est. In B C H VI 502 igitur loco Serapidis Osiris positus est.

Semel (43) somniorum interpres *Πτολεμαῖος Διονυσίου Πολυρρήνιος* etiam *ἀρεταλόγος* est; alterum quoque aretalogum invenimus (21) *Πυργίαν*. Nolo hic totam quaestionem, quae est de aretalogis, evolvere: hoc unum certum est Deli aretalogum ad cultum spectare ita, ut Crusius (Pauly Wiss. II 1, 670 sqq.) proxime ad veritatem mihi accessisse videatur.

Cum somniorum interpretatione arte coniuncta est curatio aegrotorum; itaque hoc loco de genere anathematum agere possumus, cuius duo exempla Deli inventa sunt: 216 ... *ος τὸ βῆμα* ... *Μυριν* ...; anaglyphum duas plantas ostendit; idem (37) Milesius dedicat: *τὰ βήματα ἀνέθηκεν Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ κατὰ πρόσταγμα*. Quem morem etiam alibi in cultu Isidis invenimus. Prioribus temporibus haec declarabantur esse pedum malo curato donata. Quod falsum est. Contra Conze, qui accurate rem tractavit (Reise auf d. Ins. Lesbos 32) putat has esse dedicationes eorum, qui in hunc locum sacrum migraverunt et ibi quasi se ipsos dedicaverunt. Sed etiam haec sententia, quod ad Delum, dubia mihi videtur, quod plantae Isidi Iustitiae ex iussu dedicantur; itaque egoquidem nescio, quo Deliacae hae dedicationes spectent.[38])

Accedunt ad cultum etiam melanephori et therapeutae, e quibus praesertim de melanephoris iam multa dicta sunt, qui praeter Delum non inveniuntur. *Σύνοδος* vocantur *Ἀθήναιον* II 134. Num etiam therapeutae, qui iuxta melanephoros nominantur, societas fuerint, non videmus; nam 28 adeo corruptus est, ut nihil dicere possimus: [*ὑπὲρ βα*]*σι-*

[38]) Alia res est B C H IV 128 (inventa in urbe Phrygiae Coloe): *Ἀρτέμιδι Ἀνάειτι καὶ Μηνὶ Τιάμου Μελτίνη ὑπὲρ τῆς ὁλοκληρίας τῶν ποδῶν εὐχὴν ἀνέστησεν*, cum non plantae sed toti pedes dedicentur.

λέως Ἀν[τιόχο]υ καὶ βασιλίσσης [... κα]ὶ Δημητρίο[υ οἱ θερα]πευταὶ οἱ ὑπ' αὐ[τῶν ... τ]αττόμενοι ... θεοῖς ἐν ...; extat etiam altera therapeutarum dedicatio pro salute regis (B C H VIII 103): *[ὑπὲρ βασιλέως Μιθραδάτου] Εὐπάτορος Διονύσο[υ ...] θεραπευταί.* Videmus autem illos non certum deum ex Aegyptiis colere sed omnes; dedicant saepe Serapidi Isidi Anubidi Harpocrati, semel tribus prioribus dis, semel Isidi Iustitiae; atque hoc in titulo (C I G 2295) arte cum sacerdote coniuncti sunt: *Γάιος Γαΐου Ἀχαρνεὺς ἱερεὺς γενόμενος* (115/4) *ἐν τῷ ἐπὶ Ναυσίου ἄρχοντος ἐνιαυτῷ καὶ οἱ μελανηφόροι καὶ οἱ θεραπευταὶ ὑπὲρ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων καὶ τ. δ. τ. Ῥωμαίων Ἴσιδι Δικαιοσύνῃ ἱδρύσαντο.* Clarius autem videmus melanephoros ad publicum cultum pertinere ex titulis B C H XVI 483 et 3: dedicant statuam sacerdotis quattuor dis *ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας τῆς εἰς τοὺς θεοὺς καὶ ἐπιμελείας τῆς περὶ τὸ ἱερόν.* Videntur igitur sacerdotem magistratu functum praemio afficere posse, quod bene munus expleverit. Ego quidem igitur puto eam esse societatem pie deos colentium, cuius imprimis est videre, num cultus recte exerceatur, ita ut etiam sacerdoti quodam modo imperent. Atque tali societate cultui Deliaco opus erat, quia vidimus sacerdotem certo ordine creatum hos deos, antequam creatus est, strenue et pie coluisse opus non fuisse. Atque haec societas vestes atras fert, quod ex eius nomine *μελανηφόροι* intelligitur. Eodem enim modo, quo Isis, cum Osirim lugeret, vestem atram induerat (cf. Abel, Orph. h. 42 .. *σὺν σῇ μητρὶ θεᾷ μελανηφόρῳ*[39]) *Ἴσιδι σεμνῇ* et Plut. 366 E de diebus festis 17–19 Athyr et C I G 5093) eodem modo etiam sacerdotum classis, qui deum lugebant, vestes atras induit (cf. Plut. 372 E: Isis luna dicitur: *ὅθεν καὶ τῶν ἀγαλμάτων αὐτῆς τὰ μὲν κερασφόρα τοῦ μηνοειδοῦς γεγονέναι μιμήματα, τοῖς δὲ μελανοστόλοις ἐμφαίνεσθαι τὰς κρύψεις καὶ τοὺς περισκιασμούς*).

[39]) Dicitur etiam *μελανοφορεῖν*: Schol. Eur. Phoen. 388. Plut. de ser. num. vind. 557 D.

Melanephoros Deliacos igitur cum clero qui dicitur comparare possumus neque interpretari ut Lafaye: *confrérie de moines isiaques;* neque enim locus, qui affertur, Eunapii (*Αἰδέσιος* 78—81) de monachis Christianis nigras vestes ferentibus ad haec tempora quicquam valet. *Θεραπευτὴς* autem principio nihil aliud est atque qui deos colit. Tum de omnibus, qui certum deum colunt, dicitur, ut nostra lingua *Gemeinde* (cf. Aristides *ἱερ. λογ. β'* 301, 11), qua vi etiam therapeutae Deliaci utuntur.

Reperimus autem etiam aliud simile munus (13): *Ἀπολλώνιος Χαρμίου σινδονοφόρος*, quod eodem modo quo *μελανηφόροι* declarandum est: linteis vestibus progredi solebant (cf. Strabo XV 711: *Διονυσιακὸν δὲ καὶ τὸ σινδονοφορεῖν*).

Haec fere sunt, quae de deorum Aegyptiorum cultu Deliaco erui poterant; quem adeo floruisse eo magis praedicandum est, quod Deli numina Graeca celeberrima colebantur.

VII. Insulae maris Aegaei.

Cultum deorum Aegyptiorum in insulis maris Aegaei maxime viguisse non mirum est, cum complures Aegypti reges saeculis III et II insulis dominati sint. In insulis Andro et Io Isidis hymni reperti sunt (XII 5, 739 et append.). Neque vero mihi opus est hic illa documenta tractare propterea, quod non ad cultum spectant; nihil hic quidem nos docent nisi ibi cultum Isidis fuisse.

In insula Io praeter hunc titulum ab homine privato *Εἴσιδι Σαράπιδι Ἀνούβιδι κ' Ἀρποκράτῃ* saec. II aut III p. Chr. n. dedicatum nullum extat documentum.

Hymnus Andri inventus primo fere a. Chr. n. saeculo addicitur. Extat etiam tabula sepulcralis iuvenis Isiaci, cuius aetatem ignoro (XII 5, 797), praeterea nummus (Hadriani usque ad Getam) (B. v. Head, hist. num. 410), nisi interpretatio eius addubitata esset a Paschale[40]) (Journ. intern. num. I 324).

Syri fortasse dedicatio templi ipsa iam extat: *Ἀθήναιον* III 647[41]) (in templo in urbe vetere Syriorum inventa, *τῆς Ἴσιδος*, ut *Στέφανος* dicit): *Claudius Secundus Victor tribunicius templum Isidis cum omni apparatu sua pecunia fecit.* (Cui tempori titulus attribuendus sit, nescio). Multi nummi M. Aureli usque ad Severum Alexandrum partim etiam *Ἴσιδι Συρίων* aut *Εἶσις Συρίων* inscripti Isim hic primum locum cultus obtinuisse testantur (M. Suppl. IV 408, 300 sqq.); iuxta Isim rota depicta est, quae alibi Nemesi tribuitur. Contra non ad cultum Syriorum spectant inscriptiones, quas in portu *τῶν γραμμάτων* nautae temporibus imperatorum inscripserunt, qui Serapim deum sibi propitium imploraverunt (XII 5, 712) 17 *Γ*: *(ἐ)μνήσθη [Ἀ]πολλῶς· ἡ μέθοδος παρὰ τῷ Σεράπι καὶ τῇ σκοπῇ* et 25 *Α*: *Εὔπλοια τῷ φιλοσεραπι τῷ Ἰουλιανῷ Ἀρτεμισίου Μειλησίου.*

Sistrum et situla, quae Isis in nummis tenet, redeunt in anaglypho (*Ἀθήναιον* III 644) fortasse sepulcrali sacerdotis Isiacae. De statua autem ibidem descripta, quae prope templum reperta est, nihil certi dicere possum.

Ceus: XII 5, 606: *ἔδοξεν τοῖς Σαραπιασταῖς· ἐπειδὴ Ἐπαμείνων Σωμένου ἀνὴρ καλὸς κἀγαθὸς ὢν διατελεῖ περὶ τὸν θίασον καὶ φιλότιμος δεδόχθαι τοῖς Σαραπιασταῖς ἐπαινέσαι Ἐπαμείνονα ... καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφανῳ καὶ ἀνακηρύξαι τὸν στέφανον τοῖς Εἰσιδείοις.* (II fortasse a. Chr. n. saec.) Cultus igitur est privatus thiasi; quod mea autem maxime inter-

---

40) *Ἐπειδὴ οὐδαμοῦ εὕρομεν τοιοῦτον τύπον, ὑποτέθομεν ὅτι ἐκ παραδρομῆς ἐκλήθη οὕτω ἡ Ἐφεσία Ἄρτεμις.*

41) In C I L III Suppl. eam frustra quaesivi.

est, quod corona promulgari iubetur diebus festis Isidis. Quamquam igitur societas nomen cepit a Serapide, tamen princeps dies festus Isidi celebratur. Hoc exemplo apparet, quam arte in cultu Serapis et Isis coniuncti sint.

Contra Serapidis dies festus Naxi notus est (XII 5, 38); quattuor similes inscriptiones in uno lapide insculptae sunt (annorum 41—38): *ἐπὶ δημιουργοῦ ... ἱερέως δὲ τῆς Ῥόδου ... μηνὸς Ἀρτεμισίωνος ταμιεύοντος ... ἦρξεν* (vel *ἦρξαν*) *τὰ Σαραπίηα .... καὶ ἀφῆκεν* (vel — *καν*) *ἀτέλην, προκηρύξας κατὰ τὸν νόμον, ἐβουθύτησεν τε καὶ οἰνομέτρησεν πᾶσι καὶ τὴν λοιπὴν δαπάνην ἐκ τῶν ἰδίων ἐποιήσατο.* Cultum publicum esse recte Ziehbart, Gr. Vereinsw. 65, 23 cognovit. Tres res administratae afferuntur: *ἀφιέναι ἀτέλην*: cf. Curtius, Mus. Rh. 1843, 99, cui habeo, quod addam; taurus sacrificabatur et vinum distribuebatur. Neque vero hae tres festi diei ipsius partes putandae sunt, sed ad cultum ipsum nihil nisi *βουθυσία* spectat. Numerantur in his catalogis modo eae res, quas impensis fortasse magnis comparandas cives quidam quasi *λειτουργίας* susceperunt; inter quas est commune ut videtur hospitium. Itaque maiora et minora Serapiea distinguere non possumus, quod Curtius proposuit.

Rursus alio fundamento Therae utimur; sacrum ipsum effossum est et descriptum ab Hillero de Gärtringen (Thera I 259 sqq. III 85 sqq.). Quod templum a formis usitatis templorum et Graecorum et Aegyptiorum plane differt; neque enim cultus in aedificio exercebatur sed sub divo. Fanum in clivo montis situm est $4^1/_2$ m latum, 9 m longum. In sinistro latere fuit cella rudis, in qua sedes longa posita est; verisimile est in ea statuas sacras positas esse. In latere largiore multa foramina sunt stelis rotundis aut triangulis recipiendis idonea. In alio cavo thesaurus inventus est. Iuxta quod scalae angustae clivum ascendunt. Supra cellam duae cisternae positae erant.

Floruisse videtur cultus iam tertio a. Chr. n. saeculo: extat tabula votiva cum inscriptione *Ἀρσινόης Φιλα-*

δέλφου[42]) brevi post 270 dedicata (XII 3, 462). Ad idem fere tempus revocat thesaurus (XII 3, 443). Temporibus Ptolemaei tertii extat XII 3, 1388: *[τὸ τ]έμενος [τ]ή[ν τε οἰκίαν καὶ τὸν στρ]ωτῆρα κα[ὶ τὸν ὄροφον κατα-* (aut *ἐπι)σκευ]άσας [ἀνέθηκεν Ἀρτεμίδωρος] Ἀπολλ[ωνίου ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου] καὶ θε[ῶν σωτήρων καὶ θεῶν Φιλαδέ]λφων Σ[αράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι.]* Ex iis quae supersunt scimus res dedicatas ad aedificium in sinistro latere super sede aedificatum pertinere, sed, cum cultus ibi iam ante Artemidorum fuerit, verba *τὸ τέμενος* non ad fanum instructum sed restauratum spectare opus est. Paulo posterioribus temporibus insculpta est praeter inscriptionem regi Ptolemaeo dedicatam (XII 3 Suppl. 1387) etiam XII 3, 444: *Ἱμεροφῶν Ἱμέρτου καθ' υἱοθεσίαν δὲ Ἱμεροφῶντος καὶ Ἐπιτερπὴς Σαίνιος τὸν υἱὸν Βότρυν Σαράπι Ἴσι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς.* 209/8—205/4 dedicat Myndius quidam pro salute Ptolemaei et Arsinoae Serapidi Isidi Anubidi (XII 3 Suppl. 1389) et secundo saeculo *Ἀντιφάνης* et *Ἀριστίππα* pro salute filiorum *Ἴσι* (XII 3, 445). Restat inscriptio solo incisa (XII 3 Suppl. 1373) *Ἴσιδος* . . . Temporibus Romanis praedico capita duarum columnarum domus alicuius, quae a fronte imagines Mercurii et Minervae, a lateribus sibi obversis Serapim et Isim portant (nodum vestimenti Isidis accurate agnosco). Contra Isim fortasse non repraesentat Thera III 172 fig. 166. Ultimum documentum est XII 3, 383, agrorum commentarii fortasse tertii p. Chr. n. saeculi, in quibus ager *Σεράπιον* commemoratur, i. e. qui Serapidis templo est.

De cultu nihil certi dicere possumus, sed fortasse, quod Hiller dixit, in cisternis aqua sacra fuit, quae in cultu adhibebatur. Coluntur Therae Serapis Isis Anubis. His dedi-

[42]) Dittenb. O G I 34 et add. p. 648 dicit ex tam multis omnium locorum dedicationibus eandem inscriptionem ferentibus sequi has esse Arsinoae ipsius dedicationes. Mihi autem videtur ab iis non secernendum esse *Ἀρσινόης θεᾶς Φιλαδέλφου*. Teneo igitur significari locum novae deae sacratum.

catur thesaurus, his Artemidorus aedificia extruit. Ad quos accedunt reges Ptolemaei; neque hoc parvi momenti fuisse videtur: thesaurum dedicant Diocles et *οἱ Βασιλισταί*, qui regis divinum numen colunt. Basilistarum horum societas fortasse in aedificio super templo sito ab Hillero effosso convivebat. Ptolemaei igitur intelligendi sunt in *τοῖς ἄλλοις θεοῖς*, qui XII 3, 444 iuxta Serapim et Isim nominantur. Qui autem Ptolemaei culti sint, videmus ex XII 3 Suppl. 1387: *[Βασιλεῖ Πτ]ολεμαί[ῳ Πτολεμαί]ου καὶ [Βερενίκης καὶ θεοῖ]ς Σωτῆ[ρσι καὶ Ἀρσινόῃ Φιλαδ]έλφου [ὁ δεῖνα . . .] Κράτωνος.* Una igitur cum Serapide et Isidi coluntur Philadelphus et Arsinoe. Scripturam dicit Hillerus potius ad secundum saeculum spectare; cui rei obesse supplementa, quae eam inter 271/0 et 246/5 ponant. Sed quamquam supplementa incerta sunt, tamen deo Ptolemaeo rege iam mortuo aliquid optime dedicari potest. Etiam regnante Ptolemaeo tertio enim *τὰ Ἀρσίνοα* acta sunt: (XII 3 Suppl. 1343) *Θηραῖοι ἐστεφάνωσαν ἐν [Ἀ]ρσινόοισιν ἐλαίας | ἔρνεσιν Ἀρτεμίδωρον, ὃς ἀενάους κτίσε βωμούς.* Posteriores autem Ptolemaeos in templo Bacchi cultos esse Hiller dicit, praesertim cum Philopator genus suum a Baccho deduceret. Certe ara Philopatori dedicata (XII 3, 466) in Bacchi templo fuit. Diligenter autem secernendae sunt inscriptiones, quae deo Ptolemaeo ipsi dedicatae cultum testantur et quae modo pro salute regis Ptolemaei dedicantur.

Anaphae: XII 2, 247 (I. s. a. Chr. n.) laudatur *Ἰάσων Ἰάσωνος ὁ ἱερεὺς τῶν μεγίστων θεῶν Σεράπιος καὶ Ἴσιος καὶ τῶν ἄλλων τῶν παρ' αὐτοῖς* et tabula picta honoratur, quod bene dis servisset et *τὰς θυσίας καὶ τὰ ἱερὰ* (i. e. sacra et reliqua caerimonia) *τοῖς δέουσι χρόνοις* egisset; atque pie et lepide addunt Anaphaeenses: *[ὡ]ς δόξαν ἦμεν πᾶσιν ἁμῖν χαῖρεν ταῖς ὑπηρεσίαις τὸς θεὸς καὶ ἁδέως ὑπ' αὐτοῦ [γ]εραίρεσθαι.* Cultus publicus fuit (nam urbs laudat) Serapidis et Isidis et *τῶν συννάων θεῶν*, in quorum templo tabula picta collocari iubetur.

Amorgi: BCH XVII 627 (I. s. a. Chr. n.): Ἀλε..... τὰς Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις χαριστήριον.

Astypalaeae cultus fortasse tertio saeculo institutus est, quae institutio ipsa iam extat: XII 3, 200: Ἀριστοκλῆς Θευγε.... ἀνέθηκεν τὸν ναὸν καὶ τὰ ἀγάλματα Σαράπιδι Ἴσιδι.

Rhodi tribus locis principalibus di Aegyptii colebantur. In urbe Rhodo ipsa cultum per complura saecula demonstrare possumus. Tertio saeculo cultus iam floret; cognovimus Dionysii cuiusdam sacerdotis statuam vestibus Aegyptiis indutam atque cum inscriptione Demotica, quam Revillout: Rev. arch. 1905, 1, 341 (cf. Athenaeum 28. Oct. 1905) vertit (inscriptionem ipsam non inveni): *devant Osorhapj le dieu grand et la déesse Isis la grande déesse, Dionysios le prêtre de l'année (l'écriture appartient à la première partie de la dynastie Lagide)*; maxime autem rem miram reddit, quod sacerdos non verbo Aegyptio *w'b* datur, sed verbum Graecum ἱερεὺς in scripturam Demoticam transscriptum est, ita ut efficiatur *ἱερεὺς ronp.t* (i. e. sacerdos annuus). Quae interpretatio, quamquam addubitari potest, si recta est, hoc non sacerdos quidam Aegyptius, qui eo venit, dedicavit sed Dionysius est sacerdos Aegyptius Serapidis et Isidis Rhodi cultorum. Sed quid sibi vult illc? Etiam in titulo Prienae invento (Inschr. v. Priene n. 195) vir Aegyptius commemoratur: τὸν Αἰγύπτιον τὸν συντελέσοντα τὴ[ν θυσίαν ἐμπείρως], qui sacerdotem adiuvat, ut sacra rite fiant. Rhodi igitur Aegyptius quidam sacerdotis magistratu fungebatur, qui quoniam linguam Graecam nesciebat vel quod suis dis sua lingua servire volebat, in dedicatione lingua Demotica utebatur. Nomen non impedit; fortasse autem ex lingua Aegyptia in Graecam translatum est.[43] Certum autem est cultum ibi ad rituum Aegyptiorum formas accessisse.

[43] Morem etiam nomina in alteram linguam vertendi demonstrat optime lapis bilinguis (Ausf. Verz.² 334, 2304), quem Paniskos quidam (ling. Dem. Pa-Min) Serapionis (ling. Dem. Psenusire) filius dedicat.

Colebantur una Serapis et Isis: unumquodque numen magnum appellatur, quod cognomen et Aegyptium est et Graecum.

Ad quem cultum posteriora documenta apta sunt. Compluribus annis temporum 166—88 nummi signantur, qui in parte aversa iuxta florem Rhodiorum capitis ornatum Isiacum portant.[44] Anno 88 autem, quo Mithradates repentino impetu urbem capere conabatur et machinam magnam contra eam moliebatur, templum Isidis urbi magnum praesidium fuit: Appian. Mithr. 27: ἡ σαμβύκη δ' ἐπαχθεῖσα τοῦ τείχους ᾗ τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερόν ἐστιν ἐφόβει μάλιστα ... οἱ δὲ Ῥόδιοι καὶ τάδε εὐσταθῶς ὑπέμενον ἕως τό τε μηχάνημα ὑπὸ βάρους ἐνεδίδου καὶ φάσμα τῆς Ἴσιδος ἔδοξε πῦρ ἀφιέναι πολὺ κατ' αὐτοῦ. Certum est machinam illam prope templum Isidis fuisse aut fieri potuisse, ut esset; muro igitur accline et ad mare situm templum erat. Deinde certum est hanc narrationem Isidis cultui profuisse. Fortasse ficta erat, ut Rhodii deae gratiam haberent, fortasse tale aliquid revera accidit et propterea dies festus institutus est. Templum solius Isidis nominatur; estne igitur templum Serapidis et Isidis an solius Isidis? cui fortasse titulus eorundem fere temporum attribuendus sit: Mitt. Ath. XXIII 391: ἱερῇ Ἴ[σιος καὶ Βου]βάστ[ιος ...]κρατη Α... (supplementa verisimilia sunt, cum Isis saepius extra Aegyptum cum Bubastide coniuncta sit). Sed ex narratione Appiani templum publicum videtur; Isidis et Bubastidis templum autem inferius erat publico aut pars eius; statuamus igitur templum bello Mithradatico clarum Serapidis et Isidis fuisse, quod Appianus optime solius Isidis dicere poterat; eodem modo Xenoph. Ephes. (Erotici script. I *E* 13) templum sane publicum Rhodi Isidis nominat atque clarius Aristides ἱερ. λογ. γ' 49: ἐπιθύκει τῇ Ἴσιδι καὶ τῷ Σαράπιδι ἐν

[44] Cat. of Gr. coins, Caria 253, 253 sq. 254, 261 sqq.: 266, 255, 268 sqq. tab. 40, 7.

τῷ τῆς Ἴσιδος ἱερῷ. (Smyrnae.) Contra sacerdos modo Serapidis nominatur: XII 1, 8 [ἱερεῖς . . . Σαρά]πιος Στρα[τί]ππος Ἀσ[. . .; inscriptio primo a. Chr. n. saec. attributa ad idem templum revocat; atque etiam hoc ex catalogo sacerdotum videmus sacerdotium annuum fuisse.

Annis 43 a. Chr. n. usque ad 96 p. Chr. n. nummi[45]) attribuuntur, qui in parte aversa Serapidis caput modio ornatum exhibent ita ut antea nummos Isidis vidimus. Posterioribus temporibus cultum notum ex catalogo sacerdotum agnoscimus (XII 1, 786): ἱερεὺς . . . Σαράπιδος καὶ Εἴσιδος ἐν Ῥόδῳ. Numerantur antea numina, quorum sacerdos idem Τίτος Φλα. Τίτου Φλα. Λέοντος ἱερέως υἱός fuit. Erat Lindi sacerdos sex deorum, Ialysi duorum, Camiri quattuor, Rhodi unius; tum pergitur: καὶ στατὸς ἱερεὺς unius Lindi Ialysi, septem Rhodi, inter quos etiam Serapidis et Isidis. Quod munus aliud atque usitatum annuum fuisse opus est, cum στατὸς ad sacerdotem διὰ βίου spectare videatur.

Postea hoc templum a Xenophonte Ephes. (Γ 11) commemoratur: Anthea fingit se a patre Isidi (nempe Rhodiacae) μέχρι ὥρας γάμου dedicatam esse. Atque barbarus deam ita timet, ut Antheam intactam relinquat. Deinde (E 13) reditus puellae narratur; prope Isidis templum amantes sibi occurrunt, deinde ἐξαναστάντες εἰς τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν εἰσῆλθον, deam verbis efferunt et προυκυλίοντό τε τοῦ τεμένους καὶ τῷ βωμῷ προσέπιπτον. Quamquam narratio ficta est et totus liber Isidis cultu refertus, tamen Xenophon haec non dixisset, nisi revera Rhodi frequens Isidis templum fuisset.

Per quinque igitur saecula publicum cultum persecuti sumus; sed iuxta eum privatae societates deos Aegyptios colebant; quae forma societatum Rhodi maxime florebat, quae omnino non ad cultum publicum pertinent. Saepe

45) Macdonald, Gr. coins II 446, 94. Cat. of Gr. coins, Caria 268, 404; 408 sqq.

vero inter se coniunguntur veluti XII 1, 162 (III vel II s. a. Chr. n.): [nomen τιμ]αθ[έ]ντος ὑπὸ Ἁλιαστᾶν Ἀθαναϊστᾶν Ἑρμαϊστᾶν Ἀ[ρ]ιστοδείων κοινοῦ χρυσέῳ στεφάνῳ· καὶ ὑπὸ Διοςσωτηριαστᾶν Σαραπιαστᾶν κοινοῦ θαλλίνῳ στεφάνῳ· καὶ ὑπὸ Σαραπιαστᾶν χρυσέῳ στεφάνῳ· καὶ ὑπὸ [Μ]ηνιασ[τ]ᾶν Ἀφροδισιαστᾶν κοινοῦ χρυσέῳ στεφάνῳ etc. Inter quas societas Serapiastarum et sola et coniuncta cum Diossoteriastarum coronas dedicat. Isiastas ex inscriptionibus honorariis secundi (XII 1, 165) et primi (157) a. Chr. n. saeculi cognoscimus. Etiam hic complures societates coniunctae sunt: Philocrates honoratur ὑπὸ Ἰσιαστᾶν ἐρανιστᾶν κοινοῦ κατὰ τὸ ψάφισμα καὶ . . . ὑπὸ συνθυτᾶν Ῥοδιαστᾶν ἐπιδαμιαστᾶν etc. Isiastae igitur et Rhodiastae communes sacrificant; fortasse ita omnes illae coniunctiones declarari possunt.

Eadem res quae in urbe Rhodo etiam in aliis urbibus invenitur. Ita Camiri societas Serapiastarum (XII 1, 701: στεφανωθέντος . . . καὶ ὑπὸ Σαραπιαστᾶν τῶν ἐν Καμείρῳ) ex altera primi a. Chr. n. saeculi parte nota est, quae una cum sex aliis societatibus virum quendam honorat. Praeterea cultum Serapidis Camiri testatur XII 1, 742: Ἑρμίας Ἀθηναγόρα Σολεὺς Ἑκάτᾳ Σαράπιδι χαριστήριον σωθεὶς ἐγ μεγάλου κινδύνου (II. saec.); mirum autem est Serapim cum Hecata coniunctum esse, quae Isis ipsa videtur esse.

Lindi sacerdotes complures primi a. Chr. n. saeculi cognovimus; atque hic alterum morem Rhodiis proprium praedico: sacerdotes saepe multorum deorum iidem fuerunt; ita hic (XII 1, 835) vir sacerdos Serapidis Neptuni Hippii Bacchi fuerat; alios novimus ex dedicatione, quam sacerdotes complurium deorum fecerunt (XII 1, 788), aut ubi coniuncti honorantur (XII 1, 815 b). Extat autem prope Lindum solium ex saxo factum in rure positum Σαράπιος Σωτῆρος (XII 1, 932. I fere p. Chr. n. s.), in quo fortasse in pompa Serapidis statua collocabatur. Tale solium etiam ex C I G 6841 notum est (ὁ ἱερεὺς . . . Ἴσιδι

Ὀσίριδι Ἀνούβιδι χαριστήριον), quod nullo, puto, iure Smyrnae attribuitur.

In cultu Rhodiaco tractando etiam complura loca finitima afferre necesse est: 1. in promunturio Cariae Rhodo opposito, quod diu Rhodiis parebat, in urbe Phoenice eundem modum sacerdotum coniunctorum invenimus, in quibus etiam Serapidis: B C H X 249: *Τιμασίθεος Τιμασιάνακτος πρυτανεύσας καὶ ἱερεὺς καὶ ἱεροποιοὶ θεοῖς πᾶσι.* Enumerantur *ἀρχιαριστάς, ἱερεῖς* Minervae et Iovis, Veneris, Aesculapii, Serapidis; sequuntur viginti unus sacrificuli. Sacerdotes igitur non solum inter se coniuncti sunt, sed etiam omnibus sacerdos maximus praeest.

2. In insula Rhodiaca Chalce: XII 1, 957, tabula marmorea tertii exeuntis vel secundi saeculi, in superiore parte in modum fastigii formata: *Τιμοκράτης Ἀρισταγόρα Σαράπιος Ἴσιος ποτίταγμα* (neque opus est hoc documentum Rhodo attribuere).

3. In insula Syme: XII 3, 1, catalogus sacerdotum, in quibus Serapidis, et XII 3, 4 *Σωσίκρατος Θαρσιπόλιος Σαράπι Ἴσι,* quarum utraque secundo saeculo attribuenda est.

Restat ut de ceteris maris Aegaei insulis verba faciam: in insula Co societates deos Aegyptios colunt: Paton and Hicks, inscr. of Cos 54, 1 ... *ει [ά] σύνοδος Ὀσειρι(α)σ[τ]ᾶ(ν) [τ]ῶν σ[ὺ]ν [Π]α(σ)ί[ωνι Πασί]ων Βωλίχου* (qui praeest societati) et septendecim socii (II s. a. Chr. n.); primo fortasse p. Chr. n autem saeculo *γυμνασίαρχος Σεραπιαστᾶν* commemoratur (371 b); videntur mihi iidem esse, qui antea Osiriastae nominabantur, quod tali modo explicare licet: societas modo condita deum vere Aegyptium colebat (fortasse quod Aegyptii in ea principalem locum tenebant); tum autem magis Graecis studebat et formam Graecam illius dei usurpavit.

Samus: Ditt. I G 666 (II s. a. Chr. n.): *Ἀγαθῇ τύχῃ· ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· Φωκύλος εἶπεν ὑπὲρ ὧν ὁ ἱερεὺς τῆς Ἴσιδος ἔθετο τὴν ἱκετηρίαν ἐν τῇ βουλῇ καὶ ἐγνώσθη ἔννομος*

εἶναι ἀξιῶν τῇ θεᾷ καθότι καὶ πρότερον ἀγείρειν, δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τὸν ἱερέα τῆς Ἴσιος [ἀγείρειν] τῇ θεῷ κα[θότι καὶ πρότερον . . .]. Isidis sacerdos deae pecuniam collegerat (quod deae Syriae factum ex Apulei met. VIII 24 videmus); tum autem hoc ei interdictum est aut homo quidam de ea re questus est, ut sacerdos puniretur. Ille autem supplex se ad senatum convertit et impetravit, ut sibi pecuniam colligere liceret. Serapim iuxta Isim cultum esse cognoscimus ex titulo altero eiusdem aetatis: Rev. arch. 1872, n. 5. 24, p. 37: *Σαράπιδι Ἴσιδι Ἑστίεια Θεοχρήστου εὐχήν.* Posterioribus temporibus in nummo (B. v. Head, hist. num. 518) Serapis ante imperatorem equo vehentem stat.[46]) Isis Pharia autem nummi Gordiani Pii (M. III 294, 236) non ad Samum spectat, sed nummus est *ὁμονοίας Σαμίων καὶ Ἀλεξανδρέων*, quod genus praesertim Ephesi videbimus.

Chius: C I G 2230 (aetatis Romanae): *Θρασέας Διογένους* etc. *Ἴσιδι Σαράπιδι Ἀνούβιδι Ἁρποκράτει θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις εὐχήν.*[47])

In insula Lesbo Mytilenae iam tertio saeculo cultus erat: XII 2, 98: nomina deleta *Σαρ]άπιδι Ἴσιδι.* Quem Serapim ostendunt nummi urbis liberae (M. Suppl. VI 63, 77) et Valeriani et Gallieni (Cat. of Gr. coins, Troas 203, 186): Serapis, qui dextram tollit, sinistra sceptrum aut hastam tenet, et Fortuna Mytilenorum. Neque vero etiam in cultu coniuncti fuerunt, cum illa Fortuna in nummis et cum aliis Fortunis et cum Victoria et Diana coniungatur. Neque igitur illa Fortuna Isis putanda est. Isis autem etiam Pharia colitur: XII 2, 113: *Ὀκταυΐα Μάρκου Εἴσιδι Πελαγία Εὐακόῳ* (primi ut videtur a. Chr. n. saeculi).

Nihil ad cultum Mytileneorum valent Serapis et Isis in inscriptione temporum imperatorum XII 2, 144: *Δ]ιῒ Ἡλίῳ*

[46]) Non definitur, num hic quoque nummus *ὁμονοίας* sit.

[47]) Dubito an non ad cultum Aegyptium spectet nummus, in quo flos loti depictus est: M. III 269, 40.

Μεγάλῳ Σεράπιδι [κ]αὶ τῇ κυρᾷ *Ἴσιδι Ἰσίδωρος* [Ἀ]φροδισίου *Ἀλεξανδρεὺς* [σ]ωθὶς ἐκ νόσου εὐχὴν ἀνέθηκα. Serapis hoc cognomine temporibus imperatorum praesertim in Italia et Aegypto (Alexandriae et alibi) colitur; Isim *κυρίαν* nullo alio loco inveni nisi in Aegypto (praesertim Philis sed etiam Alexandriae). Cum autem Isidorus, qui hoc dedicat, Alexandrinus sit, certum est eum patriis numinibus gratias agere.

Methymnae fortasse primo a. Chr. n. saeculo cognoscimus ex XII 2, 511 societatam privatam Serapiastarum: *[Σα]ραπιαστα[ὶ οἱ ἐ]παγγειλάμενοι καὶ εἰσενέγκαντες τ[ὰ] ΠΕΙΡΑ εἰς τὴν σύνοδον τῶν μεγάλων Σαραπιείων ὅπως εἰς πάντα τὸν χρόνον τοῖς Ἰσιείοις* (coniec. Wilam) *συντελῶνται αἱ θυσίαι κατ' ἕκαστον ἐνιαυτόν*; sequuntur ad triginta nomina. Serapiastae promiserant se aliquid ad diem festum *τῶν μεγάλων Σαραπιείων* collaturos esse (ibi igitur etiam *μικρά* aguntur) et revera contulerunt, ut sacra quotannis agi possent. Plura autem dicere non possumus, quod *τὰ πειρα* non intellegimus.

VIII. Asia.

Cyzici ineunte sec. saec. dedicant *θεραπευταὶ οἱ μετὰ Ἀνδρέου τοῦ Μενεστράτου* aliquid Serapidi et Isidi (Rev. arch. 1879, 1, 258). Ibi *οἱ θεραπευταί* societate comprehensi sunt; enumerantur quattuordecim socii, quibus praeest Andreas (in altero titulo eiusdem aetatis Theophilus: Drexler p. 50); cultus num fuerit Cyzici publicus, certo dicere non possumus, cum etiam altera inscriptio, primi a. Chr. n. saec., hoc non demonstret (Rev. arch. 1876, 2, 270. Kaibel, ep. 824a p. 533): est sepulcrum Theopithis cuiusdam in pugna necati:

ὑπέριαιε κ[ο]ίραν]ε κόσμου καὶ χθον[ὸς Σάραπι
ὀχοῦσα τε κρατὶ σελήνην ἀμφίκυριο[ν Ἶσι
ὑμῖν τάδε καίρια τέχνης χαλκὸν εἰς καμούσης
ἱδρύσατο τῆς Θεοπείθους εἴκονος τύπωμα etc. Supplementa *Σάραπι* et *Ἶσι* non certa dicuntur. Mihi autem certissima videntur, cum Serapis saepius ita nominatus sit: Tac. hist. IV 84 *plerique Iovem ut rerum omnium potentem .... coniectant.* Iul. Imp. or. IV 136 *A*: Apollo de Serapide oraculum dat: *εἷς Ζεὺς εἷς Ἅιδης εἷς Ἥλιός ἐστι Σάραπις.* Praesertim Aristides, *εἰς Σαραπ.* c. 22: potestas aliorum deorum divisa est, Serapis autem *ὥσπερ κορυφαῖος πάντων ἀρχὰς καὶ πέρατα ἔχει.* Etiam Isim recte suppletam esse puto, cum figuram Isidis Cyzici inventam respiciam, cuius corpus in anguem desinit et quae capite mitram et lunam fert (Rev. arch. 1879, 1, 257; pl. IX 1). Quamquam hoc non ad cultum ipsum spectat, tamen ex eo, quod cum inscriptione congruit, concludere possumus Cyzici Isim Lunam cultam esse. (In monumentis Isim saepe ita figuratam invenimus, sed etiam ita colitur: Nemausi (Gall. Narb): C I L XII 4069: *Lunae et Isidi Aug. sacr...* Carlsburgi (Daciae) C I L III 7771: *Serapidi Iovi Soli Isidi Lunae Dianae dis deabusque conservatoribus . . .*) in altero quoque monumento (ibid. pl. IX 2) Isis et Serapis in angues desinentes finguntur; quae figurae cum multis simillimis Aegyptiis coniungendae sunt, quae plerumque mali averruncandi gratia portantur.

In insula propinqua Besbico anaglyphum sepulcrale inventum est (C I G 3701) Isim et Serapim praebens, quod ad Cyzicum pertinere verisimile est. Publicus cultus est in nummis M. Aureli et Caracallae: Serapis sedens, ante quem Cerberus (Drexler p. 48 sq.).

Pergami Serapim cultum esse docet ara (Fränkel n. 337), quam secundum litteraturam sec. a. Chr. n. saeculo

tribuam. Primo fortasse saeculo insculpta est mira inscriptio (n. 336): *Π. Εὔφημος [κ]αὶ Τυλλία Σ[π]ένδο[υ]σ[α] οἱ ἱεραφόροι καθιέρωσαν τοὺς θεοὺς οὓς ἡ θεὸς ἐκέλευσε· Σάραπιν Εἶσιν Ἄνουβιν Ἀρφοκράτην Ὄσειριν Ἄπιν Ἥλιον ἐφ' ἵππῳ καὶ ἱκέτην παρὰ τῷ ἵππῳ Ἄρη Διοσκόρους, σινδόνα ἐν ᾗ ἐζωγράφηται ἡ θεὸς καὶ τὰ περὶ τὴν θεό[ν] πάντα. ἄλλας σινδόνας τρεῖς, πέταλα χρυσέα ὀγδοήκοντα· ἐπεσκεύασεν δὲ καὶ ἀκρόχειρα τῶν ἀγαλμάτων σανδάλια χαλκεῖα καὶ περιρραντήρια πρὸ τοῦ πυλῶνος.* Sine dubio *ἡ θεὸς* Isis est, etiamsi non nominatur. In cuius cultu duo (vel plures) *ἱεραφόροι* sunt, qui res sacras ferunt; ad pompam igitur vocamur atque eam, in qua Isis Osirim quaerens fingitur. Quae pompa etiam in linteo depicta est: *ἡ θεὸς καὶ τὰ περὶ τὴν θεὸν πάντα.* Talis pompa autem postulat, ut etiam Osiris (et fortasse Anubis et Harpocrates) colatur; cum autem Isis eosdem deos praeter alios sibi dedicari iubeat, illi (certe priores) non tum primo dedicati sunt sed statuae eorum. Dici festi illius causa Apis quoque additus est, quem in pompa duci videmus ex Ov. met. IX 691: in pompa Isidis, quam ad illa sacra spectare demonstrat: *numquamque satis quaesitus Osiris,* etiam *varius coloribus Apis* ingreditur. Dioscuri saepe cum dis Aegyptiis coniunguntur. Mars fortasse cum Anubide coniunctus est, qui cum deo vetere belli *Wp-wȝ.t* confundebatur (repraesentatur enim uterque figura militis: Erman, Aeg. Rel. 227. Arch. Ep. Mitt. aus Oest. X 128, 41. Jahrb. d. Arch. Inst. 1903, 149*): neque vero duos illos Soles, de quibus confer Fränkel, hic apparentes explicare possum.

Praeterea statuae restaurantur et deae quattuor lintea et bracteae aureae ad ornatum deae pertinentes (quae necessario sacerdotes *ἱεροστόλους* desiderant) dedicantur et *περιρραντήρια*, vasa aquam lustralem continentia, qualia ante templa posita erant.

Postea in nummis Antonini Pii (Macdonald, Gr. coins 283, 58) et Commodi (Drexler p. 55) Serapis sedens depictus est, ante quem Cerberus sedet.

Smyrnae: Foucart, assoc. rel. chez les Grecs p. 234: *Ἀνούβι ὑπὲρ βασιλίσσης Στρατονίκης*[48]) *καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν Ἡράκλειτος Ἀρχιγένους καὶ οἱ Συνανουβιασταί*; sequuntur nomina plus duodeviginti.[49]) Societas, cui praeest Heraclitus, deum sibi Anubim elegit; utrum autem hunc solum venerentur an etiam alios, dicere non possumus; sed cum Anubis solus cultus esse non videatur, fortasse princeps deus est (quippe qui *ἡγεμών* nominetur); atque iam temporibus urbis liberae in nummis Serapis et Isis signantur: caput Serapidis (M. III 209, 1145 sqq.) et Isis stans, quae sistrum et situlam fert (M. III 209, 1143, si Mionnet recte descripsit, quod Drexler p. 109 sq. certum esse negat); temporibus Romanorum Isis in nummo apparet (M. III 214, 1191) et imperatorum Serapis (Macdonald, Gr. coins 372, 150).

Cultus Serapidis Smyrnae valde floruit: in nummo *ὁμονοίας Ἐφεσίων καὶ Σμυρναίων* (M. Suppl. VI 334, 1657) loco urbis Smyrnae Serapis positus est; necesse est cultum eius fere principalem urbis fuisse iuxta Apollinem Didymaeum, qui in talibus nummis loco Smyrnae poni solet. Fortasse eadem de causa Nymphis, qui locus iter fere sex horarum a Smyrna abest, temporibus imperatorum balneum Apollini et Serapidi coniunctis dedicatum est (si Serapis recte suppletus est): Le Bas et Waddington, Asie min. 33: *Ἀπόλλων[ος] καὶ Σε[ράπιδος] Σεβαστῶν εἰ[ργ]ά[σατο] τὸ [βα]λανεῖον [σὺν] παντὶ [τῷ κ]όσμ[ῳ].*

De Serapide et Iside coniunctis Smyrnae cultis Aristides *ἱερ. λογ. γ'* 44 narrat: *ἐτεθύκειν τῇ Ἴσιδι καὶ τῷ Σαράπιδι ἐν τῷ τῆς Ἴσιδος ἱερῷ, λέγω τοῦτο ἐν Σμύρνῃ γενόμενον.* Pergit, cum exisset, duos anseres e templo evolasse et se duxisse.

---

48) Stratonicam filiam Demetrii Poliorcetis esse dicit Foucart, p. 117, uxorem Seleuci et tum filii illius Antiochi. Neque vero hoc opus est; tempus inscriptionis nescimus.

49) Nomina *Λουλανάβος* et *Λουλαβῆλος* Aegyptia non sunt, sed Babylonia. cf. Lula-Nabu (Tallqvist, Namenbuch).

In hoc cultu etiam ἡ κατοχή usitata erat: C I G 3163: Παπίνιος ὁ φιλόσοφος ἐγκατοχήσας τῷ κυρίῳ Σαράπιδι παρὰ ταῖς Νεμέσεσιν εὐξάμενος αὐξῆσαι τὸ Νεμέσειον τὸν παρατεθέντα οἶκον ταῖς Νεμέσεσιν ἀνιέρωσεν ὡς εἶναι ἐν ἱερῷ τῶν κυρίων Νεμέσεων τὸ ὅλον. Ἐγκατοχήσας est is, qui se in κατοχὴν contulerat neque vero iam in ea versatur. Οἱ κάτοχοι praesertim ex Serapieo Memphitico noti sunt. Nolo hic totam quaestionem quae est de iis evolvere; affero ex recentioribus dissertationibus: Preuschen, Mönchstum u. Serapisk.[2] et recensionem, quam scripsit Dieterich, Berl. Ph. Woch. 1905, 13 sqq; ego quidem hic modo sententiam meam proferam: κάτοχοι nullo modo *Besessene* sunt sed ii, quos deus retinet vel qui (a deo iussi) se ipsi retinent. Est classis cultorum strenuorum dei, qui, quamquam non *professionsmässige Inkubanten* sunt, tamen somnia habent. Inveniuntur etiam Prienae (Inschr. v. Priene n. 195 v. 28): ... δεδόσθω τ]οῖς κατεχομένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ.... Quo loco fortasse sententia mea adiuvatur: si κάτοχος et κατέχεσθαι *lymphatus* est, semper ἐκ ponitur, si *retentus* ὑπό. Smyrnae igitur Papinius se Serapidi in κατοχὴν contulit atque, fortasse quod in Serapieo spatium deficiebat, in domum iuxta templum Nemesium sitam, cuius altera pars iam Nemesibus erat. Quibus cum gratiam referre velit, totam domum dedicat.

Ephesi cultus deorum Aegyptiorum Dianae Ephesiae additus est. Iam temporibus urbis liberae nummi capita Serapidis et Isidis (M. III 117, 416) et capitis ornatum (Drexler p. 80 sq.) demonstrant; certius quid de posterioribus demum temporibus scimus: C I G 2955: ἐπὶ πρυτανέως Τι. Κλαυδίου Τιτιανοῦ Δημοστράτου υἱοῦ ἀρχιερέως ἱερητεύοντος Σοσσιανοῦ Μ. Πομπώνιος Λατεῖνος ἀνέθηκεν Ἴσιδι καὶ Σεράπιδι φιάλην καὶ σπονδεῖον [ἀργυρᾶ?] ναυβατούντων etc.; sacerdotes qui afferuntur Dianae sunt (cf. Curtius, Gesam. Abhdlg. II, 238). Et Ditt. O G I 496: [Ἀρτέμιδι Ἐφεσίᾳ quod certum videtur] καὶ Αὐ[τοκράτορι Τ. Α. Ἁδριανῷ] Ἀντωνείνῳ Καίσαρι

Σεβαστῷ Εὐσεβεῖ καὶ τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ μητροπόλει τῆς Ἀσίας καὶ δὶς νεωκόρου (sic!) τῶν Σεβαστῶν Ἐφεσίων πόλει καὶ τοῖς ἐπὶ τὸ τελώνιον τῆς ἰχθυϊκῆς πραγματευομένοις Κομινία Ἰουνία σὺν τῷ βωμῷ τὴν Εἶσιν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνέθηκεν πρυτανεύοντος etc. Telonium Ditt. aedem publicam nominat, ubi a conductoribus numeretur, ab officialibus publicis accipiatur pecunia; in quo aram et simulacrum Isidis, quae Cominia dedicavisset, fuisse videri. (Cf. etiam Curtium, Herm. IV 187.)

Praeter nummos iam antea citatos videmus in nummis Serapim Isim Apim Harpocratem saepe aliquo modo coniunctos cum Diana Ephesia, quibus inscriptum est: Ἐφεσίων Ἀλεξανδρίων ὁμόνοια (vel simile) temporibus Gordiani Pii et fortasse Antonini.[50] Quibus in nummis di Aegyptii non ad Ephesum pertinent sed loco Alexandriae positi sunt (cf. Drexler Zeitschr. f. Num. XIII 274).

In urbem Magnesiam ad Maeandrum sitam secundo a. Chr. n. saeculo cultus introductus est. Extat decretum, quod cultum ordinat (Kern n. 99; supplevit complura Ditt. I G 554); inscriptio valde corrupta duabus ex partibus constat: in altera uno vel pluribus annis post alteram inscripta plebs aliquid addidit. Cultus publicus est; nam sacerdos sacerdotium emit (τῷ πριαμένῳ τὴν ἱερωσύνην τοῦ [Σαράπιδος]) ab oeconomis urbis. Atque constituitur, ut sacerdos sibi tertiam partem omnium sacrificatorum animalium sumat; praeterea oeconomi ei mercedem dant (v. 17: οἱ οἰκονόμοι ἐκ τῶν ξυλί[νων ὠνῶν δραχμ]ὰς τρεῖς [κ]αὶ ἐκ τῶν σιτηρῶν [ὠ]νῶν δ[ραχ]μὴν μ[ίαν ἀπο]δότωσαν τῷ ἱερεῖ) atque, ne plura accipiat, vetatur alio loco aram instruere (v. 12: ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ μὴ [ποιείτω βωμ?]ὸν Σαράπιδος); contra ipse custodem templi instituere iubetur (v. 9: καταστήσει δὲ κ[αὶ νεωκόρον ἐν τῷ τ]εμένει, ubi νεωκόρον Ditt. recte supplevit). Num templum fuerit, non videmus, cum semper τέμενος dicatur.

50) M. III 117, 417. Suppl. VI 143, 417. 184 sqq. Catal. of Gr. coins, Ionia 133 sqq. Macdonald 341 sq.

Dolemus, quod initium inscriptionis deest; sed videmus cultum non diu antea Magnesiae fuisse. Posterioribus temporibus Serapis et Isis apparent in nummis Caracallae, Severi Alexandri, Maximini, Gordiani Pii.[51])

Prienae fanum inquisitionibus recentibus effossum est: inter vias theatri et Minervae locus oblongus muris circumdatus erat, ad quem duobus ostiis introibatur. In parte eius septentrionali magna ara aedificata erat 7,31 m lata et 14,60 m longa, in quam septem gradibus ascendebatur. Ante aram longa area vacabat. Cella in eo loco non erat. Postea introitus alter propylo ornatus est et ad hoc applicata stoa, quae totum latus obtinet. Fanum iam tertio saeculo institutum est; inventa enim est ara (Inschr. v. Priene n. 193) *Ἴσιδος Σαράπιδος Ἀνούβιδος*, quae huic tempori attribuitur. Propylum et stoa quoque ante tempora Romana aedificata sunt. Praeter aram duae aliae inscriptiones inventae sunt, e quibus altera ara anni fere 100 a. Chr. n. (n. 194): [*ὁ δεῖνα*] *Ξα*[*νθίππου*] *νεωκορῶν Σαράπιδι Ἴσιδι Ἀνούβιδι Ἁρποκράτει Ἡρακλεῖ ἀνικήτῳ* (Hercules ad Harpocratem adiunctus est), alteram nondum publici iuris factam benigne Hiller de Gärtringen mecum communicavit, cuius rei hic quoque maximas ei ago gratias. Mox invenietur in Inschr. v. Priene n. 195. Valde autem dolemus inscriptionem tam mutilam et scripturam tam corruptam esse, ut plurimos locos non certe legamus. Est simillima inscriptioni Magnesiacae: praecipitur sacerdoti, quid sacrificet, quid ab urbe accipiat, quid a sacrificantibus. Inscriptio circa annum 200 scripta esse fertur; ad introductum cultum spectat; cum autem cultus iam tertio saec. ibi fuisse videatur, eam ad haec tempora referam, praesertim cum litterae non obstent.

Coluntur Serapis Isis ceteri (v. 12: *Σαράπιδι καὶ τῇ Ἴσιδι καὶ τοῖς θεοῖς το*[*ῖς συννάοις?*]), quibus certo die sacri-

[51]) Cat. of Gr. coins, Ionia 166, 58. 167, 67. 170, 81; 95.

ficia magna praebentur, in quae *ὁ νεωπόης* (qui locum oeconomi Magnesiaci obtinet) pecuniam erogat. Commemorantur enim in initio duo dies festi (v. 2) [*μηνὸς Ἀπατουριῶνος ε*]*ἰκάδι*, ad quod quattuor drachmae a neopoo dantur et eiusdem mensis altero, ut videtur, die duae drachmae: (v. 7) *κ*]*αὶ εἰς θυσίαν τῷ Σαρά*[*πιδι καὶ τῇ Ἴσιδι καθ' ἕκ*]*αστον ἐνιαυτὸμ μηνὸς Ἀπατουριῶ*[*νος*. (Priore loco mensem ab Hillero recte suppletum esse ex v. 32 verisimile fit, ubi idem dies commemoratur.) Illicimur, ut putemus mensem illum ad magnum diem festum Isidis spectare, sed his temporibus mensis Athyr nullo modo cum Apaturione congruit. Praescribitur sacerdoti, ut Isidi gallos sacrificet (Serapidis sacrum deletum est). Praeterea Isidi *λαμπαδεία* agi iubetur; ad quam cum alias res tum lucernas duas, quarum utraque talento pondo valet, praebet sacerdos, quae sine dubio non portabantur sed positae erant. In Aegypto eodem die festo Isis etiam per noctem ad lucernarum lumina coniugem quaerens fingebatur. Atque etiam Apis apparet, qui non inter deos qui vocantur *σύνναοι* nominatur; nam illorum sacrificio commemorato dicitur: *θύ*[*σει δὲ ὁ ἱερεὺς*] *καὶ τῷ* [*Ἄ*]*πιδι* (supplementum certum est) *ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς νομίμοις ΣΕΙΜΩ \.ΔΙ* (sacra aut diem expectaremus, sed *-δι*, quod videtur certum esse, alium deum significare videtur; neque vero ectypo inspecto quicquam effeci). Cultus igitur, praesertim cum Apis ibi colatur, proxime ad Aegyptium accessit, neque igitur mirum est iuxta sacerdotem virum Aegyptium inveniri, qui animum attendere iubetur, ut sacerdos rite sacrificet; atque tanti civium interest sacra secundum morem Aegyptium fieri, ut poenam mille drachmarum ei constituant, qui praeter sacerdotem sacrificare conetur. Sacra commemorata fiebant in mensa sacra, quae ante deos collocabatur, sed necessario etiam in ara antea descripta, quae proxime accedit ad formam in Aegypto usitatam: iam Schrader attulit Naville, Deir el Bahari I 8. Afferam eandem aram, quae est

in fano regis Ich-en-aton ante templum Solis in urbe Tell el Amarna sito (El Amarna II, XVIII alibi). Sed cultus etiam magis ad formam Aegyptiam accessit: inveniuntur enim ibi *οἱ κάτοχοι*: (v. 28) *ἀπὸ δὲ τῶν τραπεζῶν ὧν ἂν δῆμ|ος κοσμῇ δεδόσθω τ]οῖς κατεχομένοις ὑπο τοῦ θεοῦ* . . . .[52])

Mirum esset, si haec omnia sub divo fuissent; sed e fano proxima ampla domus introibatur ostio, quod cum propylo porticus coniungebat. Puto hanc domum ad cultum ipsum pertinuisse.

Halicarnassus: Ditt. O G I 16: *Ἀγαθῇ τύχῃ [τῇ] Πτολεμαίου τοῦ Σωτῆρος καὶ θεοῦ Σαράπι Ἴσι Ἀρσινόη τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο Χαιρήμονος ν(εωποιοῦντος)*. Quo de titulo diu ambigebatur, cui tempori attribuendus esset; mihi quidem Ditt. recte iudicasse videtur illum Ptolemaeum adhuc vivere, cum de mortuo *ἀγαθῇ τύχῃ* dici non possit. Cultus igitur iam regnante Ptolemaeo primo Halicarnassi conditus est ab Arsinoa, fortasse matre Ptolemaei (Ditt.). In quo templo tum non multo post dedicata est inscriptio (Ancient inscr. of the Br. mus. IV 1, 908) *Ποσείδιππος καὶ Ἀλκνὼ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν παιδίω[ν] Σαράπι Ἴσι*. Posterioribus autem temporibus extant non nisi documenta Isidis cultum testantia; in his primo fere saeculo etiam sacerdos Isidis nominatur

[52]) Inscriptionem totam sic divido:
1— 9. Quid urbs ad sacrificia conferat.
9—17. Quid sacerdos sacrificet (comprehenso die festo lucernarum).
18—21. Quae pecunia viro Aegyptio detur.
22—25. Qua de causa Aegyptius ibi sit. Vetatur homo quisquam praeter sacerdotem sacrificare. (Qui versus per parenthesim adduntur.)
25—27. Quid sacerdos accipiat a) a sacris fortasse publicis (fortasse *δέρεα* pro *γέρεα* propter 34/5 legendum est) b) a tabulis quae ponuntur ab —?
28—29. A tabulis autem a plebe positis reclusis frumentum etc. datur.
29—33. Quae pecunia sacerdoti detur.
34—35. Quid sacerdos a sacrificantibus privatis accipiat.
36—38. Deleti sunt.

(B C H XIV 111): *ὁ ἱερεὺς τῆς Ἴσιδος Ἀθηνόδωρος Ἀντιγένου τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν Παρύινναν Ἀντιγένου θεοῖς*; quae Paryinna in eodem lapide uxoris statuam dis dedicat. Isdem fere temporibus nummus capitis ornatum Isiacum fert (Cat. of Gr. coins, Caria 109, 73).

Cnidi altero vel primo a. Chr. n. saec. Serapis, Isis, ceteri coluntur (Le Bas et Waddington, As. min. n. 511): *Σαράπι Ἴσι θεοῖς πᾶσι θεραπευθεὶς Ἀπολλωνίδας Ἀλεξανδρεὺς χαριστεῖα*.

IX. Conspectus.

Huc usque singulorum locorum cultum persecuti sumus; vidimus singulas urbes (velut Athenas Rhodum Theram alia) tantum inter se differre, ut nullo modo coniunctae tractari possint. Sed nunc, cum singulas urbes perspexerimus, fieri potest, ut ea, quae communia sint, efferamus. Duas partes propagationis distinguimus: ante et post Alexandriam conditam. Nam iam antea Graeci cum Aegyptiis omnibus modis congressi erant, praesertim in Aegypto, ubi ab Ionibus propria urbs Naucratis condita erat. Consentaneum est hos etiam cultum praecipuum Aegyptiorum Isidis accepisse; atque revera iam sexto saeculo inscriptio extat, quam Naucrati attribuam, cum origo eius incerta sit; servatur in museo Cairensi; est imago Isidis puerum Horum nutrientis (Journ. of. Hell. st. XXIV 337): *Πύθερμός με ὁ Νέλωνος ἐλύσατο τῆς Ἔσιος*[53]) *ἄγαλμα*. Cuius Isidis cultus deinde iam quinto saec. etiam Athenas venit sed privatus mansit.

[53]) Quae forma nominis cum verbo coptico **HCE** componenda est.

Post Alexandriam conditam Serapis, qui aetate Ptolemaei primi locum Osiridis obtinuit, statim coniunctus cum Iside in urbes Graeciae intravit. Ita Athenis et Halicarnassi iam regnante Ptolemaeo primo invenitur. Atque paulo posterioribus temporibus praesertim insulas maris Aegaei intravit, qua in re imperium Ptolemaeorum magni momenti erat; extant documenta huius temporis per totum mare Aegaeum. Eodem modo in urbes Asiae introiit. Fortasse tum etiam Mantineam venit. Paulo post verisimile est cultum per totam mediam Graeciam progressum esse; nam II. s. eum florentissimum invenimus in Boeotia, Phocide, Euboea, Argolide, praeterea in Thessalia et Epiro. Contra in civitates principales Peloponnesi cultum fortasse posterioribus demum temporibus venisse vidimus. I. s. p. Chr. n. (circa 63) Athenas sacrificium introductum est, quod Osiridi et Nephthyi eo die datur, quo Osiris mortuus lugetur. Eodem saeculo Athenis etiam alterum templum Isidis erat.

Tum II. s. p. Chr. n. cultus omnium de quibus scimus temporum maxime propagatus est. (Praedicandum autem est nos hic materia multo uberiore uti: accedunt ad inscriptiones Pausanias et nummi imperatorum.) Atque aguntur quae dicuntur mysteria, quod ex Apuleio videmus. Tum cultus per tertium saeculum floruit. Extrema documenta eius extant Mytilenae (usque fere ad annum 269) et Athenis (post 337).

Iam antea dixi alteram propagationis partem insignem esse Serapide et Iside coniunctis. Atque revera ubique coniuncti coluntur. Iis saepe additus est Anubis. Tres illi coniuncti coluntur totam per Boeotiam, Phocidem, in Thessalia, Euboea, Therae, Amorgi, Prienae. Quibus dis accedit Harpocrates: Ambraciae, Larisae, Chii, praesertim Deli; sed etiam hic priores et Serapis Isis et Serapis Isis Anubis artius coniuncti sunt. Sacerdos semper fere Serapidis nominatur, etiam ubi certo scimus etiam alia numina

culta esse; princeps igitur cultus fuit. Contra scriptores cultum et templum Isidis nominare solent, quia Isis iis magis cordi est. Quae Isis cum Serapide coniuncta colitur est Aegyptia, quae sistrum et vas fert. Ab ea secernenda est Isis Pharia aut Pelagia. Singulas autem formas Isidis passim explicatas hic omitto. Compluribus autem locis Isis principalem locum cultus obtinebat: Athenis in altero templo, in insula Syro, Pergami, fortasse Halicarnassi.

Praeter hos deos extant Osiris Horus Apis, praesertim ubi cultus artius Aegyptium sequitur et ubi dies festus magnus celebratur. Cum Nephthyi et Ammone semel (Athenis, Deli), cum Bubastide bis coniuncti sunt. (Hyampoli, Rhodi.)

Multo rarius, quam communis opinio fert, cultus deorum Aegyptiorum cultui Graeco additus est: ita fortasse Athenis alterum templum Asclepieo additum erat. Certa autem scimus non nisi de Epidauro et Epheso, ubi Aesculapius et Diana omne imperium obtinent. Delphis et Eleusine cultus non reperitur. Deli ad cultum principalem Apollinis modo administratione thesauri adiectus est.

Iuxta cultum publicum extant praesertim Rhodi privatae societates, quae sibi Serapim, Isim, semel Osirim et Anubim principem deum elegerunt. Cum autem Cei Serapiastae diem festum Ἰσιεῖα agerent, etiam deos ceteros colebant. Quae societates omnes praeter Serapiastas Coi temporibus a. Chr. n. attribuuntur, atque etiam haec non illis temporibus condita videtur sed ex societate Osiriastarum, quae a. Chr. n. ibi erat, nata. Verisimile est eas non parvum momentum ad cultum propagandum attulisse.

Quasi res principalis festus dies Aegyptius fuisse videtur, qui, si ad arbitrium putamus omnes titulos canephororum etc. ad eum spectare, per totam Graeciam agebatur. Omnia hic componamus, quae de illo die festo

ubique in Graecia invenimus comparatis rebus alicunde notis: Osiris moritur (?), lugetur; ei et Nephthyi inferiae aguntur; quaeritur corpus eius magna in pompa, in qua etiam Anubis et Apis incedunt; atque sacerdotes (quorum pars Deli vestes nigras induit) sacra ferunt (*ἁγιαφόρος, κανηφόρος, παστοφόρος*); etiam per noctem corpus quaerunt ad lucernarum lumina (Prienae, Athenis); sine dubio deinde Osiris inventus est et clamore *εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν* salutatus. Sed praedico me ad libidinem haec composuisse ac locis et temporibus neglectis. Ea autem momenti esse Athenis vidimus, ubi sacra, quae Osiridi mortuo praebentur I. s. p. Chr. n. instituuntur, canephori autem iam III. s. a. Chr. n. extant. Dies festus igitur paulatim ad ritum vere Aegyptium accessisse videtur.

Navigium Isidis describit Apuleius (met. XI, VIII sqq.) Corinthi actum. Sed iam diximus id non necessario ita Corinthi actum esse sed per totam Graeciam celebratum esse posse. Praeterea Apuleius, quamquam hoc ipse narrationi adiunxit, optime singulas res Romae actas eo detulisse potest; cum igitur non nisi cultu Romano antea explorato describi possit, hic illud accuratius non interpretor. Solemnis pompa numina ad mare comitatur, ubi navis fluctibus mandatur. Pompa ad templum reversa sacerdos solemnes preces praelegit.

Praeterea Tithoreae II. s. p. Chr. n. et vere et autumno dies festi Isidis celebrabantur. Methymnae maiora et minora Serapiea distincta erant. Initiationem Corinthi celebratam Apuleius diligenter narrat, de qua idem dicendum est quod de navigio. Initiatio autem ab Eleusiniaca differt, quod sacerdos singulos initiat, qui ipsi quoque postea sacerdotes fieri videntur. Monstratur initiando sol apud inferos media nocte coruscans.

E sacerdotibus cultui praeest *ἱερεύς*, qui semper fere annuus est et quem sacerdotem eponymum optime Deli cognovimus. Magnesiae sacerdotium II. s. a. Chr. n. emitur.

Duo documenta, quae iura et officia sacerdotis continent (Prienae, Magnesiae), valde lacerata sunt; hoc autem videmus eum ibi et ab urbe pecuniam accepisse et partem certam hostiarum. Rhodi III. s. ille sacerdos Aegyptius erat; Prienae eodem tempore sacerdoti vir Aegyptius adiungebatur, qui operam dabat, ut sacra rite fierent. Sacerdotio Isidis mulieres funguntur Athenis, Chaeroneae, Tanagrae, Thespiis, Larisae, Syri (?). Deli autem inter tot documenta feminam sacerdotem Isidis non invenimus. Iuxta sacerdotem claviger (*κλειδοῦχος*) invenitur (Athenis, Deli) qui ipse quoque annuus est. Isim vestiendam Athenis (et Pergami) *στολισταὶ* suscipiunt. Inferioris gradus est custos (*ζακόρος* aut *νεωκόρος*). Quia rebus templi praepositus est, in plurimis dedicationibus commemoratur. Fungitur saepius per complures annos munere (Deli semel per duodeviginti annos). Magnesiae sacerdos eum instituere iubetur. Altera classis sacerdotum ad pompam magnam spectat: canephori (semper feminae), *ἱεραφόροι* aut *ἁγιαφόροι* (et viri et feminae), *παστοφόροι* (semper viri). Athenis *λυχνάπτρια* illo die festo lucernas accendit. Alia classis sacerdotum (inferioris gradus) ad incubationem spectat, quae saepe in Serapidis et Isidis cultu exercetur. Di enim ubique per somnia praecipiunt: plurimum Serapis in somniis apparet. Somnia procurant *ὀνειροκρίται* (Deli; qui simul *ἀρεταλόγοι* esse possunt), Athenis *ὀνειροκρίτις* Isidis. Ita etiam aegroti curantur (Deli, Epidauri).

Medium fere locum inter sacerdotes et eos, qui deos colunt, tenent: *μελανηφόροι* (Deli), *θεραπευταὶ* (Cyzici), *διάκονοι* (Ambraciae), *ὑπόστολοι* (Demetriade). Quibus Prienae et Smyrnae *οἱ κατεχόμενοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ* accedunt.

De cultu ipso admodum pauca discimus. II. s. p. Chr. n. solemnibus cum caerimoniis mane templum aperitur atque matutinum sacrificium praebetur (Apuleius). Sacrificantur Tithoreae boves (etiam Naxi), cervi; pecudes vetitae sunt. Praecipuum horum deorum sacrificium aves sunt (Tithο-

reae, Prienae) imprimis anseres (quae Smyrnae in templo aluntur); ad formam in Aegypto usitatam cultus praesertim Prienae accessit.

Pecuniam, qua opus erat, urbs dat aut sacerdos ab iis, qui deos colunt, colligit (Sami). Deli, Therae, Larisae cultores pecuniam in thesauro in templo collocato ponunt. In cultu privato aut socii pecuniam necessariam conferunt aut unus ex iis maiorem summam donat.

Addendum

ad pag. 19: ut in titulo VII 3426 pro *τῆς ἀποσειριαδος Εἴσιδος* ponerem *τῆς Ταποσειριάδος Εἴσιδος*. Erman animum meum advertit. Taposiri celebre Osiridis sacrum fuisse permulti scriptores testantur (cf. Pseudocallisthenes, script. rer. Alex. ed. C. Müller I 31; Plut. de Is. et Os. 359 C); sed etiam Isim ibi cultam illumque cultum etiam alio portatum esse titulus C I L XI 1543; 4 demonstrat Faesulis repertus: *Domino Osiri .... Dominae Isidi Taposiri ....*

Errata:

pag. 11 v. 29 velim legas pro Aslepieo: Asclepieo.
pag. 27 v. 16 pro *Ἀθηνᾶ* 1894, 170: 176.
pag. 29 v. 30 pro Mitt. Ath. VII 355: 335.
pag. 51 v. 14 pro *Ἀθήναιον* IV 157: 457.

Index.

Index titulorum.

Index locorum

Vita.

Natus sum Gustavus Adolfus Fridericus Guilelmus Rusch Buckowi, in oppido prope Magdeburgium sito, die XI mensis Iunii anni 1883 patre Friderico matre Iohanna e gente Heyer. Fidei addictus sum evangelicae.

Berolini, quo pater se contulit, gymnasium Luisianum frequentavi, ubi anno 1902 examen quod vocant maturitatis absolvi. Deinde Berolini studiis philologicis me dedi et per novem semestria imprimis philologiae classicae et linguae Aegyptiae studui. Examen rigorosum die XII mensis Iulii sustinui. Docuerunt me viri doctissimi Delitzsch, Dessoir, Diels, Erman, Geiger, Graef, Haguenin, Heinze, Helm, Lasson, E. Meyer, Paulsen, C. Schmidt, W. Schulze, Stumpf, Thomas, Vahlen, Wentzel, de Wilamowitz-Moellendorff, Winnefeld. Per tria semestria primi cursus proseminarii philologici fui sodalis ordinarius. Ad exercitationes me admiserunt philosophicas Dessoir, Aegyptiacas Erman, historicas E. Meyer. Omnibus, qui me docuerunt, summas gratias ago, imprimis autem Adolfo Erman et Udalrico de Wilamowitz-Moellendorff semper gratiam habebo.

Ab anno 1904 in museo antiquitatum Aegyptiarum in laboribus thesaurum linguae Aegyptiae praeparantibus occupatus sum, quibus me plurima didicisse libenter profiteor.

Denique per octo semestria sodalis fui societatis academicae philologicae Berolinensis, cui me multum debere hic quoque praedico.

14